

WIDENER LIBRARY
HX JWHS H

Gs 32.595 Corridor



HARVARD UNIVERSITY.

LIBRARY OF THE

Classical Department,

HARVARD HALL.

24 May, 1894.

Digitized by Google

ARS
SOPHOCLIS EMENDANDI

ACCEDUNT

ANALECTA EURIPIDEA

SCRIPSIT

DR. N. WECKLEIN.



WIRCEBURGI.

APUD ADALBERTUM STUBER.

1869.

Digitized by Google

Gs 32.595

1874, May 24.

TYPIS FRIEDERICI ERNESTI THEIN.

Digitized by Google

PHILOLOGORUM

CONVENTUI WIRCEBURGENSI

HUNC LIBRUM

DEDICAT

VENERABUNDUS

AUCTOR.

Digitized by Google

INDEX.

A. Res de quibus agitur.

B. Emendationes sunt propositae ad

C. Iniuria iudicantur spurii hi versus:

1256 (N.) — pag. 124.
1279 (Bothe). 1280 (Wex). 1281 (Heiland) — 148.
1301 (D.) — 100.
1348 sqq. (Fr. Ritter) — 166.

Trach. *v.* 24 sq. (Dobree) — 126.
(43 D.). 44—8 (Wunder) — 148.
80 sq. ex p. (Wunder. N.) — 116.
88 sq. (D.) 90 sq. (Herm.) — 149.
151 sq. (D.) — 135.
166—8 (Dobree). 169 sq. (Bergk). 170 (Wunder) — 149.
252 sq. (Wunder) — 150.
280 (Zippmann) — 127.
295 (Wunder) — 151.
(305) — 151.
321 (N.) — 94.
322 sq. ex p. (N.) 116.
356 sq. (Wunder) — 151.
362—4 ex p. (Wunder) — 102.
444 (Wunder) — 151.
488 sq. (D.) — 127.
526—30 (Herm. Wunder. Bergk) — 158.
596 sq. (D.) — 152.
680 sq. ex p. (N.) — 116.
(690 Wunder) — 128.
712 sq. (N.) — 127.
781 sq. (Meineke) — 152.
792 (N.) — 131.
801 sq. (Bergk) — 159.
875 sqq. ex p. (Bergk) — 159.
893—5 (Wunder) — 160.
898 sq. (Herm.) — 159.
911 (L. Dindorf) — 100.
924 sq. ex p. (Herwerden) — 118
934 sq. (N.) — pag. 152.
943—6 (Meineke) — 105.
999 sq. ex p. (Wunder) — 97.
1107 sq. ex p. (N.) — 127.
1114—7 (Herm. Bergk). 1144 sq. (Bergk) — 159.
1156 (N.) — 93.
1173 (Axt) — 123.

Phil. *v.* 36 (Buttmann) — 131.
50—4 ex p. (N.) — 115.
66—9 (N.) — 127.
91 sq. (N.) — 91.
224 (N.) — 131.
255 sq. ex p. 265 sq. ex p. (N.) — 116.
293 (N.) — 91.
268—70 (Jacob). (317 sq.). (351 Meineke) — 153.
421 (D.) — 98.
460 (N.) — 132.
474 (N.). 556 (N.) — 131.
592 (Herwerden) — 132.
598 sq. ex p. (N.) — 115.
637 sq. (Bergk). 671—3 (D.) — 153.
776—8 (Jacob) — 154.
782 (D.) — 99.
(794 sq. N.). (871) — 154.
(879) — 96.
880. 889 (Zippmann) — 95.
916 (Wunder). 939 (N.) — 132.
958 (Purgold). (1009) — 154.
1253 (Wunder) — 39.
1365 sqq. ex p. (Brunck) — 102.
1369 (N.) — 133.
1437—40 ex p. (Jacob) — 101.

D. Interpolati videntur hi versus:

Ai. *v.* 327 (N.) — pag. 122.
554 b (om. apud Stob.) — 121.
571 (D.) — 134.
734 (W.) — 122.
841 sq. (ex schol. adn.) — 133.

El. *v.* 61—6 (W.) — 170.
957 (Wunder) — 128.
1173 (Bergk) — pag. 121.
1485 sq. (D.). 1505—7 (D.) — 170.

O. R. *v.* 598 (W.) — 123.
670 (W.) — 135.
1303 (D.) — 157.
1397 (Hartung) — 122.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

P. 35 l. 3 infer. l. ὅτε pro ὅτι. —

Sero vidi iam Meinekium O. C. 1584 ἐκεῖνον ἄρτι (p. 76), Eur. Hipp. 224 παῖ (p. 189), Med. 741 ἔδειξας (p. 196) proposuisse. —

Interim ad Phil. 228 κἀλώμενον (p. 46) etiam A. Eussnerus (in thes. defend.) et Gu. Teuffelius (in Fleckeiseni ann.); ad O. C. 133 μύοντες (p. [illegible]) C. Aldenhovenus (ib.); ad O. C. 1534 οἱ δὲ μυρίοι (p. 76) et ad ib. 1250 ἀνδρῶν ἔρημος (p. 109) J. Maehlius (in libro de Oed. Col. Soph. Basil. 1868) coniecerunt. —

P. 65 addendae sunt commentationes Weismanni (progr. Coburg. 1868) et B. Arnoldi (Hermes III 193 sqq.), quorum uterque librorum ordinem defendit. —

P. 155. Ex iis quae Sommerbrodtius in Mus. Rh. N. XIX 130 sqq. disputavit, quibus sero incidi, cognovi iam Reiskium et G. Hermannum similiter coniecisse (οὐκ ἐξεῖναι γὰρ αὐτοὺς ὑποκρίνεσθαι). —

Ausonianum illud „habent sua fata libelli" ita in meum usum converterim, ut etiam librorum qui ex antiquitate conservati sunt suos quemque casus, suam quemque memoriam habere dicam. Quodsi non eadem est cuiusque libri memoria, non omnia in omnes referenda sunt, sed aliter in alium ars critica exercenda. Quamobrem ut in aliis disciplinis, ita hic quoque egregia illa ratio conlectione eorum quae certa sunt incerta anquirendi adhiberi debet statuique, quae res, opiniones, temeritates, consilia in librum quemque valuerint. Nimirum dum singulis rebus continemur, caecutimus; cum complura intueri et comprehendere nobis licet, cetera fiunt certiora vel magis inlustrantur. Nam in hac quoque re *ἡ μὲν ἐμπειρία τέχνην ἐποίησεν, ὥς φησι Πῶλος ὀρθῶς λέγων, ἡ δ' ἀπειρία τύχην*. Itaque cum saepe viderim in coniecturis, quae in Sophoclis fabulas factae sunt a viris doctis, illam artem, illam communem, quae ex comparatione complurium locorum capitur rationem desiderari, propositum mihi est conlatione singulorum locorum genera quaedam investigare, quibus depravata, quibus non depravata videatur memoria Sophoclis librorum, ut in farraginem coniecturarum suspicionumque aliquid ordinis rationisque conferatur, ut regula habeatur, ad quam dirigas in singulis rebus constituendis iudicium, ut quae etiam nunc dubia incertaque sunt, confirmentur aut redarguantur, ut denique via muniatur ad novas coniecturas rationesque purgandi eximias illas fabulas, quibus quidquid curae impenditur, gratum est acceptumque. Quodsi quis me ipsum non tam genus quodque propriis exemplis inlustrare, quam illud cum meis coniecturis contendere videbit, libere ei profiteor, hoc mihi maiori fuisse curae quam illud.

Omnis fere quaestio nostra pertinet ad codicem Laurentianum XXXII, 9 — compendio La utemur — seculo undecimo in membranis scriptum. Hoc enim constat, hunc librum, ut vetutissimus est librorum Sophoclis, ita maxime sinceram memoriam exhibere. Illud etiam nunc minus certum est, num ex eo libro uno ceteri omnes derivati sint. Id enim quum primus Cobetus monuisset (de arte interpr. Lugd. Bat. 1847 p. 103), Dindorfius ita amplexus est, ut prae illo libro Laurentiano ceteros libros ut apographa neglegeret. Contra disputavit I. H. Lipsius (de Sophoclis emendandi praesidiis. Lipsiae 1860), Nauckius (in recens. edit. Dindorfii in Iahn. ann. vol. 85. 1862. p. 162 sqq.), Ant. Seyffertus (quaest. crit. de codic. Soph. recte aestimandis. Halis 1864). Inprimis auctoritas cod. Par. A (2712) et Flor. γ. defenditur. Lipsii argumenta Dindorfius (ed. III Oxon. vol. VIII p. VI sqq.), A. Seyfferti causas M. Seyffertus (in ed. Philoct. p. IX sqq.) refutare studet.

Inter emendationes, quas apographis — ut hoc nomine utar — debemus quasque Dindorfius conlegit ib. vol. I p. VII sqq. cfr. vol. VIII p. 209, excellunt hae: Ai. 28 La *τρέπει*, ap. *νέμει*; 597 La *ἁλίπλαγκτος*, Flor. γ. *ἁλίπλακτος*; 1230 La *ἐφρόνεις* a m. pr., *ἐφώνεις* a m. rec., plura apogr. *ἐφώνεις*, Par. D. *ἐφώνεις γρ. ἐκόμπεις*, quod legitur apud schol. Aristoph. Ach. 638; El. 1275 La *πολύστονον*, cod. Ien. *πολύπονον*; O. R. 657 La *ἐκβαλεῖν*, Aug. c et Suidas *βαλεῖν*; 896 La unus addit *πονεῖν ἢ τοῖς θεοῖς*. O. C. 421 *τῶν πεπραγμένων* super literis *ω* superscriptis literis *η* a m. pr. vel diorthota, aliquot apogr. *τὴν πεπρωμένην*; 775 La *τοσαύτη*, tria apogr. *τίς αὕτη*; 945 La *κἄνανδροι*, apogr. interpolata *κἄναγνον*; Ant. 831 La *τάκει*, apogr. *τέγγει*; Phil. 205 La *ἑτοίμα*, ap. aliquot *ἐτύμα*; 655 La *ἀλλ᾽ ἔσθ᾽*, aliquot apogr. *ἄλλα γ᾽ ἔσθ᾽*, Flor. γ. *ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ἄλλ᾽ ἅ*. —

Ant. v. 838 omissus est in Par. A. et a multis, ut ab ipso Dindorfio, damnatur. Sed hunc versum necessario requiri demonstravit M. Seyffertus, qui in v. 836 pro *μέγ᾽ ἀκοῦσαι* scripsit *μέγα κἀκοῦσαι*, pro quo scribendum videtur *μέγα τἀκοῦσαι*. —

O. C. v. 1256 serius in margine additus, O. R. v. 800 manu recentissima seculo quarto vel quinto decimo adscriptus est. Illum spurium arbitratur Nauckius, hunc Dindorfius lacunae explendae causa

confictum, Nauckius interpolatum censet (Iahn. ann. l. c. p. 176). Nullo modo ad hano sententiam accedere possumus. Illins versus nec verbis *πατρὸς γέροντος* nec verbis *ξένης ἐπὶ χθονός* carere velis et Nauckii coniectura *σὺν σφῷν ὃν εὕρηχ'* molesta est propter ipsam conlocationem vocabulorum *σὺν σφῷν*, quibus pronomine *ὃν* pone conlocato niminm ponderis additur. O. R. versus vero, quem Nauckius quia Oedipus antea non minus veritatem secutus sit, ineptum dicit ignorata propria vi sententiae *καί σοι τἀληθὲς ἐξερῶ* ei, qui aegre ab animo impetrat rem fatalem eloqui, accommodatae, tam egregius est tamque aptus ad adfectum Oedipi exprimendum, ut ab eo qui integre iudicat, alienae manui tribui nequeat.

Quamqnam igitur concedimus, omnes illas lectiones, quas supra enarravimus, grammaticis facile imputari posse, qui multa alia et difficiliora correxerunt (cfr. Elmsleii adnot. ad O. C. v. 7 p. 88 sq., Dind. ed. vol. VIII p. 12), tamen nisi, quod non videtur, simile accidit in his duobus versibus, atque in El. v. 1485 sq., qui in margine scripti sunt ab alia mann paullo recentiore in litura duorum versuum, qui haud dubii iidem versus fuerunt (cfr. ib. 1498 sq.), non possumus non contendere, praeter librum illum optimum etiam aliam memoriam deterioribns libris tradi. Videtur autem sincera et quae coniecturis, interpolationibus nondum depravata est, huius memoriae pars simillima fuisse memoriae libri Laurentiani, easdem corruptelas, lacunas habnisse. Nam pleraque, qnae in apographis emendata sunt, ex coniecturis, quae aliter leguntur, ex correctionibns librariorum vel grammaticorum profecta esse plurimis locis comprobatur. Cuius rei maximum documentum snppeditant diversae lectiones codicis Flor. γ., qui etiam scholia non ex Laurentiano transscripta, sed aliunde derivata habet (cfr. Dindorf. praef. ed. schol. p. V). — Hic paucos locos insignes adferemns, ut qnam periculosum sit deteriores libros sequi manifestemns. Phil. 1265 sq. deteriores libri habent *μῶν τί μοι μέγα πάρεστε πρὸς κακοῖσι πέμποντες κακόν*, La *κακά* superscr. *όν* a m. pr. Vidit Schneidewinns *μέγα* corruptnm esse ex *νέα*. Similiter v. 554 *ἀμφὶ σοῦ νέα*, quod restituit Auratus, depravatum est in *ἀμφὶ σ' οὕνεκα* (in Flor. γ. *ἀμφὶς εἵνεκα* addito *γρ. ἀμφὶς ὃν* [*ἀμφὶ σόν*?] *ἀντὶ τοῦ περὶ σοῦ*). Ib. 409 La *μέλλοι*, apogr. omnia *μέλλει* et 494 La *βεβήκοι* cum aliis libris, alii *βεβήκῃ*, ubi

Schneidewinus intellexit scribendum esse *παλαί' ἂν — βεβήκοι*. Ib. 1235 La et Lb et Flor. *γ.* omittunt, quod additum in ceteris libris, *δή*. Recte scripsit M. Seyffertus *γέ*. — Ib. 532 La *προσκύσαντεσ̈* *σ* punctis notato, apographa *προσκύσαντες*. — El. 885 La *ἄλλης* (cfr. v. 100) in *ἄλλου* mutatum a m. rec., Flor. *γ. ἄλλης* superscripto *ου*, ceteri libri *ἄλλου*. — Ib. 1131 sqq. La *ὤφελον — κλέψασα κἀνασώσασθαι*, *ὤφελες* m. ant. in La, Flor. *γ. ὤφελες*, Harl. aliique libri *ὤφελες*, ut congruenter corrigerent *κλέψασαν κἀνασώσασαν*, quod in La m. rec. adscripsit. — Ant. 125 La *ἀντιπάλωι*[ου] — *δράκοντι*[οσ] *ου* et *οσ* a m. ant. superscriptis, Paris. A *ἀντιπάλῳ*[ου] — *δράκοντι*[οσ] *ου* et *οσ* ab eadem manu superscriptis. O. R. 1265 La servavit *δέ*, quod in ceteris libris abiectum est propter *ὁ δὲ* in v. praec. interpolatum. Ant. 1037 La *τα* (superscr. a m. pr. *ὸν*) *προσάρδεων*, apogr. et Eustath. *τὸν πρὸς Σάρδεων*, Blaydesius et Nauckius restituerunt *τἀπὸ Σάρδεων*. O. C. 71 La *μόλοι*, *μολεῖν* pauca apographa et Suidas s. v. *καταρτύσων*, utramque lectionem habet scholiasta. Illud *μόλοι* ex fine superioris versus irrepsisse et aliter corrigendum esse vidit Dindorfius.

Itaque quibus locis corrupta est optimi libri scriptura, antequam alii libri adhibeantur, omnia circumspicienda erunt.

Ant. 575 La habet *Ἅιδης ὁ παύσων τούσδε τοὺς γάμους ἐμοί.* Vulgo ex apographis recipitur *ἔφυ*. Nauckius scripsit *μόνος*, Meinekius *κυρεῖ*. Ipsum *ἐμοί* reduxit M. Seyffertus, sed quae huius scripturae defendendae causa adfert, huic loco parum accommodata sunt. Pro *ἐμοί* scribendum videtur *μένει*.

Ib. 757 La *βούλει λέγειν τι καὶ λέγων μηδὲν λέγειν*, apographa *μηδὲν κλύειν*, quod omnes receperunt. Sed quid illud est, quod postea Creon dicit *ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ*? Nimirum legendum est: *βούλει ψέγειν τι καὶ ψέγων μηδὲν λέγειν* i. e. „tu vis reprehendere, sed nihil agis reprehendendo, vana est tua reprehensio", ad quae Creon illud *ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις* respondet similiter ac supra ad custodis verba (v. 323) *ἦ δεινὸν ᾧ δοκῇ γε καὶ ψευδῆ δοκεῖν* respondet *κόμψευέ νυν τὴν δόξαν*. Verba *λέγειν* et *ψέγειν* saepe permutari constat (cfr. El. 1423). —

Ib. 760 La *ἄγαγε*, apographa *ἄγετε*. Singularis numerus recte se habet, aoristus non item. Scribendum *ἄγ' ἄγε*. Verbum repetitum

Digitized by Google

in iracundum animum Creontis non minus cadit quam ib. 1108 (ἴτ' ἴτ') in perturbatum. —

O. R. 1031 La τί δ' ἄλγος ἴσχων (ἴσχοντ' in marg a m. pr.) ἐν καιροῖς λαμβάνεις. Ex apographis recipi solet ἐν κακοῖς με λαμβάνεις, quod aliquis metri causa correxit ex adnotatione scholiastae ἐν ποίῳ ἄρα κακῷ ὄντα κατὰ τὴν ἔκθεσιν non coguito haec verba pertinere ad τί δ' ἄλγος ἴσχοντα. Alii alia coniecerunt: Wakefieldus ἐν νάπαις με, Dind. ἐν νάπαισι, Bergk. ἐν χύτραισι, Nauck. ἐν σκάφαισι (Herwerden. ἔνθα φῄς με), qui omnes neglexerunt, aliquid subesse debere, quod referatur ad verba nuntii σωτήρ γε τῷ τότ' ἐν χρόνῳ, ut Oedipus causam addat novae quaestionis. Elegantia igitur, quae inest in lectione codicis ἐν καιροῖς, poetae conservanda est. Quapropter antea putabam scribendum esse ἐς καλόν με λαμβάνεις. Sed est certior ratio medelae. Unum corruptelae genus infra nobis id occurret, cum defectus alicuius vocabuli causa fuit correctionis. Aliquid hic excidisse et quid exciderit, cognoscitur ex terminatione verbi ἴσχων (i. e. ἴσχονθ' ὧδ) et literis ἐν: versus fuit:

τί δ' ἄλγος ἴσχονθ' ὧδε καιρὸς ἦν λαβεῖν;

Ant. 386 La habet: ὅδ' ἐκ δόμων ἄψορρος ἐς μέσον περᾷ.

Hanc lectionem ἐς μέσον probari non posse ex v. sequ. intellegitur, quum verba Creontis ποίᾳ ξύμμετρ' ἐξέβην τύχῃ non habeant quid spectent. In omnibus igitur apographis excepto cod. Ricc. correctum est ἐς δέον, quod minus decere in rege Creonte dictum recte M. Seyffert. dicit. Nauckius coniecit εἰς καιρόν, ego malim quod facilius permutari poterat, ἐς καλόν comp. O. R. 78 et loco, quem ibi interpretes adferunt Plat. Symp. p. 174 E ἐς καλὸν ἥκεις et Eur. Herc. fur. 728 Hoc ἐς καλόν maxime videndum est, ne *O. R. 1416* pro ἐς δέον scribi debeat. —

Phil. 1231 habet La cum Lb et Flor. γ. τί χρῆμα, τί δράσεις; ὥς μ' ὑπῆλθέ τις φόβος. Vulgo ex apographis recipiunt τί χρῆμα δράσεις; Mihi videtur commodius aptiusque scribi τί χρῆμα, τί δρᾷς; (quid est, quid in mente habes?); τί δρᾷς usitata locutio est vetantis aliquid facere cfr. Ai. 74 τί δρᾷς Ἀθάνα; ib. 288. De corruptela δράσεις cfr. O. C. 732 „δρᾶν in litura. Videtur δράσειν

fuisse, ut ex acuto super α posito et litera extrema ν colligi potest, ante quam tres literae erasae". —

O. C. 460 La τοῖς (οῖ in litura pro ῇ) δ' ἐμῆς ἐχθροῖς, apographa omnia τοῖς δ' ἐμοῖς ἐχθροῖς. Prius cogitavi de τοῖς δὲ γῆς ἐ., tum vidi iam Nauckium coniecisse τῆς δὲ γῆς ἐ., qui recte dicit adversarios Oedipi nihil adtinere ad Coloneos. Nunc aliud latere puto. In libro suo legit librarius τοῖς, nam si τῆς in τοῖς suo arbitrio mutavisset, ne ἐμῆς quidem reliquisset; hoc ἐμῆς autem ex ἔπειτ' corruptum videtur: τοῖς δ' ἔπειτ' ἐχθροῖς, venturi temporis hostibus, cfr. 616 sqq. —

El. 433 ἀπὸ quod in La post ἐχθρᾶς a m. rec. additum, in omnibus apogr. est praeter Flor. γ. et Palat. Non ἀπὸ excidit (cfr. Philol. vol. 25. p. 63), sed πρὸς post [ἐχθ]ρᾶς. —

Ib. 1409 La et Palat. ποῖ ποτ' ὤν κυρεῖς, ceteri libri ποῦ κτέ. Videtur scribendum ποῖ μένων κυρεῖς cfr. ib. 958 ποῖ γὰρ μενεῖς κτέ. —

Trach. 7 La praebet ναίουσ' ἐν Πλευρῶνι, in apographis consueto more interpolatum ναίουσ' ἐνὶ vel ναίουσα δ' ἐν vel ναίουσά γ' ἐν; Erfurdtius ἔτ' addit (ναίουσ' ἔτ' ἐν Π.), M. Seyffert. ναίουσιν scripsit, quod mihi de δόμοις non de terra idque hoc loco dictum minime probatur. Post ναίουσ' cum excidisset ὅτ', ῇ ante Πλευρῶνι mutatum est in ἐν (ναίουσ' ὅτ' ῇ Πλευρῶνι cfr. 22 ῆν θακῶν, O. R. 801). —

Phil. 108 La exhibet δὴ τάδε, Lb δῆτα, ceteri libri δῆτα τὰ (ψευδῆ λέγειν). Mihi videtur commodius elegantiusque δε mutari in σὺ (δῆτα σύ). —

Ib. 1308 La Ven. τὰ μὲν τόξ' ἔχεις, in ceteris libris ut adsolet (cfr. ib. 1235, 285) suppletum δή. Videtur potius post μὲν excidisse νῦν (τὰ μέν νυν τόξ' ἔχεις cfr. El. 73 εἴρηκα μέν νυν ταῦτα). —

Nunc licet indicare de insigni loco, *Phil. 220* ubi La κἀκ ποίας πάτρας verbis ποίας πάτρας vel uno vocabulo πάτρας ex v. 222 inlato, apographa ναυτίλῳ πλάτῃ habent. Egregie vidit Nauckius illud κἀκ debere genuinum existimari et correxit κἀκ ποίας τύχης. Mihi videtur communis mos advenas interrogandi postulare, ut scribatur κἀκ ποίας χθονός i. e. πόθεν cfr. Eur. El. 779 sq. χαίρετ', ὦ ξένοι·

Digitized by Google

τίνες πόθεν πορεύεσθ' ἔστε τ' ἐκ ποίας χθονός, ubi eadem tria *τίνες*, *πόθεν*, *ποίας πάτρας* inquiruntur. —

Iam de ipso libro Laurentiano pauca dicenda sunt (cfr. Dindorf. praef. ed. III p. III sqq. Nauck Iahn. ann. l. c.).

De prima manu.

Librarius codicis ipse vel inter scribendum vel postea, cum librum denuo cum archetypo conferret, plurima, quae vel aberratione oculorum vel memoriae lapsu vel alia causa peccaverat, correxit, cfr. Ai. 82 ὄκνοι ἰδεῖν, sed ἰδεῖν a m. pr. deleto (aberraverat librarius ad v. superiorem); O. R. πάλαι, superscr. ρος (πάρος); ib. 1301 μακίστων a m. pr. ex κακίστων factum; Ant. 78 ἐγὼ μὲν οὐκ ante οὐκ erasum οὖν (primo librarius ex consuetudine scripserat ἐγὼ μὲν οὖν); ib. 848 ἔργ̈μα i. e. ἕρμα (ἕρμα); El. 935 τοιοῦσδ' ex τοῦσδ' factum; 1312 ἐκλήξω ante λ litera π erasa. Plerumque igitur rasurae, liturae, correctiones primae manus nihil movent suspicionis. Paucis locis aut falsa de sua ipse coniectura superscripsit librarius (cfr. Dind. l. c. p. V) aut sub litura vel rasura aliquid latere videtur, cfr. Trach. 100 ποντίας superscr. οις cum Athen. 5, 189 d (frgm. 493 D.), ib. 567 πλεύμονας superscr. ν super λ (πνεύμονας); El. 84 πατρὸ σχέσοντες superscr. ευ super σχέ non intellecto legendum esse πατρὸς χέοντες. Ib. 641 ποιγλώσσῳ scr. λυ super ποι, Meinekius Philol. XII p. 603 παλιγγλώσσῳ coniecit; ib. δύναιτ' ἂν post αι duae vel tres literae erasae, fuisse putat Meinekius δυναίτο i. e. δύναιο (superscr. το) et scribit δύναι' ἄν. —

O. R. 18 G. Wolffius Mus. Rhen. N. S. IX p. 121 testatur in codice legi οἱ δὲ ηϊθέων a m. pr. erasa litera post δε, accentu gravi voci δε, spiritu literae η, in rasura τ adiectis a m. rec. Hic mihi expeditio difficultatum huius loci (cfr. Herwerdeni adnot.) posita esse videtur: erasa litera ξ et scribendum οἱ δ' ἑξῆς θεῶν λεκτοί „ceteri ex ordine lecti deorum sacerdotes“. Sacerdos Iovis ceterorum princeps cum sit pro omnibus, ratio v. 31 sq. et 142 (cfr. 58) facile explicatur. —

El. 944 ἀλλ' εἴ τις ὠφέλειά γ', οὐκ ἀπώσομαι. „εἴ in litura. De prima scriptura ʺ superest, sed litera erasa non fuit η.“ Spiritus ille nos admonet pronominis ὧν, quod huic loco accomodatius est. —

Ant. 1232 „ἀντειπὼν λως, ν ante λ ex ο facto ὅ superscripto. Eadem m. ξίφους supra versum". Cfr. Dindorfii aduot. Fuit procul dubio ἀντειπὼν, τέλος (postremo). —

Ib. 299 βροτους m. pr. superscr. ων (βροτῶν); βροτούς recte se habet, dummodo referatur ad ἐκδιδάσκει et καὶ παραλλάσσει φρενας accipiatur pro παραλλάσσουσα φρένας (cfr. Schueidewini adnot.). —

El. 757 εὐθὺς ἐν βραχεῖ „prius υ ex ν factum videtur"; εὐθὺς hoc loco aliquid molesti habet: legendum ἐνθέντες βραχεῖ. —

Ib. 1483 La cum Lb, Flor. γ., Palat. κἂν ἐπὶ μικρόν, La coniuuctum cum glossa κἂν σμικρόν, apographa κἂν σμικρόν. Illud κἂν ἐπὶ ortum videtur ex καὶ ἐν, quod hic desideratur (χἂν σμικρόν). Sic tollitur etiam illud ἂν, quod hoc loco maxime dubium est. —

Memorabilis deuique est scriptura ἐγγεν᾽εῖς cum apostropho super ν *O. R.* 1506. Couiciunt ἐκγενεῖς vel ἐκστεγεῖς, vocabula uullius fidei. Mihi vestigium corruptelae iu illa scriptura depreheudi videtur. Exciderant post [ἀνάνδρ]ους literae ἀστ et reliquae ἐγεις auctae sunt in ἐγγενεῖς. Cum πτωχὰς, ἀνάνδρους, ἀστεγεῖς ἀλωμένας cfr. Trach. 299 sq. δυσπότμους ἐπὶ ξένης χώρας ἀ ο ί κ ο υ ς ἀπάτορας τ᾽ ἀλωμένας. —

De diorthota codicis.

Praeter correctioues primae mauus etiam aliae manus operam iu La coutulerunt. Iuter has plurimum habet auctoritatis eius mauus, qui a Dindorfio diorthotes vocatur et, quia idem scholia in margiue adscripsit, litera S designatur. Haec eiusdem, ut videtur, saeculi, quo codex scriptus est, mauus multa leviter vitiata emeudavit, literas, sillabas, vocabula a pr. m. omissa addidit (ν in ἐστίν, δ᾽ iu τῶνδ᾽, τῇδ᾽, τοῖσδ᾽; δέ, σέ, τέ; σ iu δρᾷς; νδυ in κινδυνεύματ᾽ O. C. 564; ἃ δ᾽ iu κλαυστὰ δ᾽ ἐστίν ib. 1360; δαί μ᾽ mutavit in δ᾽ αἴδε μ᾽ 1364, οὐτουυνέχειν cum ϑ super χ scripto in οὐτοισυνέχϑειν Aut. 523; ἴσϑ᾽ ὡς iu ἴσϑι δ᾽ ὡς El. 1362; iuseruit σύ O. R. 440; ἂν ib. 857 Phil. 306; πρός O. R. 1302; μή Ant. 91; τάδ᾽ O. C. 1729; μὲν τὰ El. 261; τήνδε ib. 1505; γένοιτο ib. 1490); verba transposuisse videtur Phil. 859 (β᾽ α᾽ super ἐσϑλὸς ὕπνος a diorth. vel alia m.

Digitized by Google

antiquiore scripta), plures a pr. m. omissos versus adscripsit, plurimas denique varias lectiones addidit. Eadem manus multa depravavit (O. C. 35 *ἀδηλοῦμεν* in *ἃ δηλοῦμεν*, 415 *μολόντες* in *μολοῦντες*, 882 *ζεῦσι ἂν* in *ζεὺς ταῦτ' ἄν*, 1016 *ἐξηρπασμένοι* in *ἐξηρπασμένην*, 1348 *δημοῦχοι* in *δημοῦχος*, 1658 *θεοῦ* in *θεός* corrupit).

Hunc diorthotam censet Dindorfius emendationes suas ex ipso archetypo codicis Laur. conlato sumpsisse, rectius contra Nauckins contendit illum alio libro, fortasse eodem, unde scholia transscripsit, usum esse. Nam quales sunt lectiones O. C. 1218 *ὁπότ' ἄν τις γρ. ὅπου ὅτ' ἄν τις* (906 *οὐδ' ἀφῆκ' ἂν* „in marg. adscr. *μεθῆκ' ἄν*, fortasse a diorth. etsi sine *γρ.*“ cfr. Phil. 853), Ant. 40 *ἢ θάπτουσα γρ. καὶ ἢ 'φάπτουσα*, 210 *ἔκ γ' ἐμοῦ γρ. ἐξ ἐμοῦ*, 264 *αἴρειν* scriptum super *ἔχειν*, 339 *ἀποτρύετ' ἀπλομένων γρ. ἀποτρύεται ἰλλομένων*, 519 *τούτους γρ. τοὺς νόμους ἴσους*; Phil. 538 *τάδε* ex v. superiore inlatum *γρ. κακά*, 282 *συμβάλλοιτο* in *συλλάβοιτο*, 296 *ἐκθλίβων* in *ἐκτρίβων* mutatum; O. R. 212 *μονόστολον γρ. ὁμόστολον*; El. 592 *λαμβάνει* super erasum *τυγχάνει* scriptum, tales lectiones ex alio libro fluxisse videntur. Inter reliquas lectiones excellunt Phil. 954 *αὖ θανοῦμαι γρ. αὐανοῦμαι ἀντὶ τοῦ ξηρανθήσομαι* inter scholia; El. 1255 *τάδε δίκαια γρ. τάδε δίκα* (i. e. *δίκᾳ*), Ant. 1298 *τάδ' ἐναντία γρ. τόνδ' ἔναντα* (i. e. *τὸν δ' ἔναντα*); Phil. 426 *δύ' αὔτως δεὶν' ἔλεξας γρ. δύ' αὐτώ δ' ἐξέδειξας* inter scholia (i. e. *δύ' αὖ τώδ' ἐξέδειξας*); 853 *ἔχεις* cum signo ad quod refertur adnotatum in margine (sine *γρ.*) *ἴσχεις*. — Ceterae sunt ortae aut ex interpretatione adscripta (cfr. El. 1097 *τᾷ διὸς γρ. τὰ Ζηνός*, 1101 *ἱστορῶ γρ. ματεύω*, 1394 *ἑδώλια γρ. ἑδράσματα*, 1450 *δίδασκέ με γρ. μήνυέ μοι*; Ai. 582 *πήματι γρ. τραύματι*; 564 *τηλωπός γρ. τηλουργός* i. e. *τηλουρός*, 617 *εὕρηται γρ. γεγένηται*. O. C. 193 *κλίνης γρ. κινήσης*, 1060 *πελῶσ' γρ. πελάζουσι*, Ant. 633 *λυσσαίνων γρ. θυμαίνων*) aut ex literis falso coniunctis vel permutatis vel corruptis (cfr. Ai. 1056 *ἔλοι δορί γρ. ἐλοιδόρει*; 309 *ἐρεφθείς* pr. *γρ. ἐρεισθείς*; 450 *οὐχ ἕκοντος γρ. οὐκ ἔχοντος* cfr. 1307 *οὐκ ἀνταίαν γρ. οὐ καιρίαν*, 501 *ἰάπτων γρ. ἀτίζων* (cfr. Nauck. Iahn. ann. l. c. p. 163); 689 *ὑμῶν ἅμα γρ. ὑπερμέγα*; 831 *τοσαῦτά σ' ὦ γρ. τοσαῦτά σοι*; 946 *ὤι μοι γρ. ἰώμοι*; 1104 *ἢ καὶ τῷδε σέ γρ. εἰ καὶ τοῦδε σοι*; 1233 *διωμόσω γρ.*

διωρίσω; 1309 συγκειμένους γρ. συνεμπόρους; 1310 ὑπερπονουμένῳ γρ. πονουμένους; El. 379 γόων γρ. καὶ λόγων cfr. Phil. 1401 λόγοις γρ. γόοις; El. 591 ἐπαινέσαιμ' ἂν γρ. ἐπαινέσωμεν; 922 φόρῃι ο vel υ in έ mutato a m. rec. γρ. ἔφυς; 929 δυσχερὴς γρ. δυσμενής; 1438 ἠπίως γρ. νηπίωι (superscripto ον propter hiatum); O. R. 134 τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφὴν γρ. τήνδε θεσπίζει γραφήν; 153 πάλλων γρ. πολλῶι; 1322 ἐμὸς ἐπίπολος γρ. καὶ ἐμοῖς ἐπὶ πόνοις; 1401 ὅτι γρ. ὅταν; Phil. 423 κἀκ' ἐξήρυκε γρ. κἀξεκήρυξε; 1132 ἄθλιον γρ. ἆθλον) aut ex coniecturis commentisque grammaticorum (cfr. Ai. 57 ἔχων γρ. παρών; 60 εἰς ἕρκη κακά γρ. εἰς ἐρινῦν κακήν, 115 ἐννοεῖς γρ. ἐννέπεις, 273 φρονοῦντας γρ. βλέποντας, 403 φύγῃ γρ. τράπῃ; 564 θήραν γρ. φρουράν; El. 1 στρατηγήσαντος γρ. τυραννήσαντος; 331 θυμῷ ματαίῳ γρ. ψυχῇ ματαίᾳ; 1019 ἀλλ' αὐτόχειρί μοι γρ. ἀλλ' οὐδὲν ἧσσόν μοι; O. R. 158 πρωτα σε litera una post πρῶτα erasa, quae σ potius fuisse videtur quam ν, γρ. πρώταν γε; 957 σημήνας γενοῦ γρ. σημάντωρ; 1529 μηδέν' ὀλβίζειν πρὶν ἂν γρ. πάντα προσδοκᾶν ἕως ἄν; O. C. 58 οἱ δὲ πλησίοι γύαι γρ. αἱ δὲ πλησίον γύαι; 90 ξενόστασιν γρ. καὶ κατάστασιν; 1054 ἐγρεμάχαν γρ. ὀρειοβάταν inter scholia; 1519 τῇδε κείσεται γρ. σῇι τε κείσεται (a diorth.?); 1662 ἀλύπητον γρ. ἀλάμπετον; cfr. 632 δορύξενος superscr. φιλο super δορυ et 726 ἐγώ superscr. κιρῶ; 1209 σὺ δὲ superscr. δὲ σε i. e. σὲ δὲ; Ant. 83 πότμον γρ. βίον; 387 ἐξέβην γρ. προύβην; 429 διψὰν ἐκφέρει γρ. διψίαν φέρει; 646 πόνους γρ. πέδας; 697 κυνῶν γρ. λύκων; 699 τιμῆς γρ. καὶ στήλης; 846 ἐπικτῶμαι γρ. ἐπιβοῶμαι; 1328 βράχιστα γρ. κράτιστα — κράτιστα γρ. τάχιστα); aut sunt illae ex memoria alius loci natae (Ai. 650 ἐπηπείλησ' ἔπη ex 312; El. 915 γρ. τἀγλαΐσματα ex 908, Ant. 1270 ἰδεῖν γρ. ἔχειν ex proximo ἔχω) aut denique ex scholiis ductae (O. R. 656; O. C. 195; Ant. 153. 521; Trach. 1035. 1183). —

Ex hac conlatione cognoscitur diorthotam codice usum esse, in quo interpretatioues et variae lectiones vel ad marginem vel inter versus adscriptae erant. Byzantinorum autem grammaticorum curas nos habere tum ex genere illarum lectionum intellegitur tum inde, quod nullae interpretationes aut coniecturae ad Trachinias vel Philoctetam, quae fabulae minus ibi lectitabantur, adscriptae sunt. In

una lectione aliquid de suo ingenio adspersisse videtur diorthotes: O. C. 1220 ἐπίκουρος pr. ἔπι κοῦρος sec., in margine a diorthota οἶμαι κόρος (cfr. schol.). Etiam scriptura nonnullarum lectionum (δίκα pro δίκᾳ, λαμβάνει pro λαμβάνεις, τηλουργός pro τηλουρός) argumentum est, illas ex aliquo libro transscriptas esse. —

Apparet igitur, quid de his lectionibus iudicandum sit. Male Bergkius El. 915 τἀγλαΐσματα, Ant. 846 ἐπιβοῶμαι (ἐπιβῶμαι) recepit. — Et ne quis putet, Ant. 195 (δορί superscr. χε super δο) lectionem χερί aliquid auctoritatis habere, conferat ib. 1208 μολών superscr. αθ (μαθών), ib. 316 οἶσθα superscr. εἰ super οἶ (εἶσθα forma Byzantina) et addita interpretatione ἄπιθι. καὶ νῦν γὰρ λέγων ἀνιαρός μοι εἶ; El. 876 ἰδεῖν superscr. ἔτι. Ant. 387 Bergkius, 429 Dindorfius veram scripturam restituit.

Verba corrupta v. *El. 1097* quomodo emendanda sint dubium est. L. Langeus scripsit κράτος τ' ἀριστεῖά τ' εὐσεβείᾳ. Ego in διος reliquias vocis κῦδος invenio, ut scribendum sit κράτος τε καὶ κῦδος εὐσεβείᾳ. —

Postremo de lectione memorabili *Trach. 1005 a* δύσμορον γρ. ὕστατον dicendum, quae cuius manus sit nescitur. Haec lectio, quae ab Hermanno recte ad δύστανον v. sq. relata est, non minus ex interpretatione nata esse videtur, quam vel eae, quas supra enarravimus, vel O. R. 229 ἀσφαλής γρ. ἀβλαβής a m. rec., quod male recepit Dindorfius. Quamobrem non cum Hermanno ἐᾶθ' ὕστατον εὐνάσαι (libri habent ἐᾶτέ με δύστανον εὐνᾶσαι) scribendum, sed ἐᾶτέ με (vel ἐᾶτε) λοίσθιον εὐνάσαι (ΛΟΙϹΘΙΟΝ et ΔΥϹΤΑΝΟΝ facile permutari poterant praesertim cum δύσμορον praecederet). Cfr. O. C. 583 τὰ λοίσθι' αἰτεῖ τοῦ βίου, Ai. 468 λοίσθιον θάνω. —

De ceteris codicis correctoribus.

Minimum auctoritatis habent ceterae manus (notantur apud Dindorfium vel simpliciter m. sec., corrector vel m. antiqua, valde antiqua, m. recens, recentior, recentissima, m. quarti vel quinti decimi seculi), quae plerumque de suo arbitrio levissima vitia emendaverunt, innumerabilia insipienter depravaverunt. Una ea quae antiqua vocatur manus plura ita emendavit, ut saepe aliquantulum mireris, et sicut

recentiores correctores deteriores libros interdum adhibuisse probabile est, ita nescio an ille corrector in nonnullis fabulis antiquiore codice usus sit (cfr. Phil. 1461 γλύκιον, litera γ punctis a m. ant. notata, quamquam hoc etiam ex schol. effici poterat; ib. 1452 in στει χώραν super στει χ͂ i. e. στείχων scripsit; O. R. 166 καί in marg., 252 ταῦ[τα], 253 et 257 τε addidit; 287 οὐκεναργῶς in οὐκ ἐν ἀργοῖς; 568 οὗτος τόθ' in τόθ' οὗτος, 602 μεγάλου in μετ' ἄλλου, 637 ἐσικους in οἴκους correxit, alia). —

Maxime me, ut illud credam, adducit *O. R. v. 420*, ubi La habet λιμὴν υ a m. ant. super ι scripto. Quid tandem vult haec litera? Equidem in illa non minus vestigium verae scripturae deprehendere videor quam Wunderus deprehendit in illo ᾰ super γ' εὐνφῇ a diorthota scripto Trach. 602. Quid enim hic adtinet portus maritimus ad Oedipum? Immo tota domus, tota circa Thebas regio resonabit eiulatu Oedipi, intra et extra muros vociferatio eius audietur. Scribendum est ποῖος οὐκ ἔσται μυχὸς, ποῖος Κιθαιρὼν κτέ. Videntur ultimae literae proximi vocabuli AI repetitae esse (λιμυ) et literae χος etiam nunc superesse in vocabulo inferiore τάχα, cuius loco praestat τότε. Similiter etsi aliter in frgm. 449 a μύσαν, quod Meinekius invenit, in τυχεῖν mutatum est. —

Contrarie duobus locis importuna antiquae manus correctio veram scripturam obruisse videtur: *Ant. 138*, ubi est μὲν a m. ant. pro litera eluta, cui duae aliae superscriptae fuerunt, nunc erasae, sensus autem postulat: εἶχε δ' ἄλλᾳ τάδ' ἄρ', ἄλλα κτέ., et *O. R. 1028*, ubi ἐπιστάτουν non cum m. ant. in ἐπεστάτουν, sed in ἐπιστατῶν mutandum videtur, ut aeque verbum finitum intellegatur ac v. 1026 et 1030. —

Genera corruptelae.

Iam nostrum est genera corruptelae enarrare. Debent autem, ut de universa memoria iudicari possit, duo summa genera discerni, unum vitiorum temere, sine ratione, alterum vitiorum consulto considerateque libris inlatorum. Ex illo enim cognoscere licet, num literae cuiusque libri magis minusve mendose, ex hoc num textus et sententiae integre et sincere traditae sint.

I. Accentus, spiritus, apostrophus, crasis, diaeresis.

Ut igitur a levissimis rebus incipiamus, ab accentu, spiritu, apostropho, crasi, diaeresi, constat in his rebus libris manuscriptis minorem esse auctoritatem. Moneo hic, omnia quae propria vel vitiosa habet La, cum cura diligentiaque a M. Seyfferto in editionibus singularum fabularum conligi coepta esse, ut ego eadem proferre supersedeam. Conspectus causa ea adpono, quae in Oed. Col. vitiata sunt:

μοῖρας pro *μοίρας* 144, *τᾶσδέ μοι* p. *τάσδε μοι* 1121, *τᾶσδε θεᾶς* p. *τάσδε τὰς θεάς* 1010, *συμφορᾶς* p. *συμφοράς* 960, *τὰς σάς* p. *τᾶς σᾶς* 516, *κοῦφας* p. *κούφας* 1230, *διπλάς* p. *διπλᾶς* 1094, *χρεῖα* p. *χρείᾳ* 191, *οἶα* p. *οἵα* 370 (cfr. Ant. 71 recte La *ὁποῖα*, libri deteriores *ὁποία*), *δίδυμα ἄριστα* p. *διδύμα ἀρίστα* 1693, *ἑτέρα* p. *ἕτερα* 1454. — (O. R. 265 in *πᾶντ'*, quod La a pr. m. habet, *πᾶν* exstare vidit Nauckius; eodem modo *El. 659* La a m. pr. habet *πᾶνθ'* et sensui accommodatius est *πᾶν ὁρᾶν*, quam *πάνθ' ὁρᾶν*).

πότων p. *ποτῶν* 159, *ἐρινῦν* p. *ἐρινύν* 1299, *ἀνασχέτου* p. *ἀνασχετοῦ* 1652 (recte *ἀνασχετόν* Trach. 721), *δορύσσους* p. *δορυσσοῦς* 1313, *ἀμφιδεξιόν* p. *ἀμφιδέξιον* 1112. — *Ἁρμόσαι* p. *ἅρμοσαι* 197, *ἀμεῖψαι* p. *ἄμειψαι* 991, *ἴκου* p. *ἰκοῦ* 741. 1495, *ἐνέγκου* p. *ἐνεγκοῦ* 470. — *Κύρσαι* p. *κῦρσαι* 247 (recte *συγκῦρσαι* pr. m. 1404), *φύναι* p. *φῦναι* 1225, *λειπών* p. *λείπων* 654, *ἐκβαλῶν* p. *ἐκβαλών* 1343, *παθῶν* p. *παθών* 1498, *δάκρυον* p. *δακρῦον* 1710. — *Ἡμῖν* p. *ἧμιν* 549 (*ἧμιν* recte 1201), *ὑμῖν* p. *ὗμιν* 1408 (sic enim, ubi metrum postulat, scribendum videtur, non *ὑμὶν* cum Dindorfio cfr. Ellendt. lex. I, 477, schol. ad El. 272 *τὸ δὲ ἧμιν παρέλκει ἀττικῶς*, *ad ib. 1372 τὸ οὐδὲν* (lege *τὸ ἧμιν*) *παρέλκει*). — *Ὁ* p. *ὅ* 1698, *οἷ* p. *οἵ* 14, *οἷ* p. *οἵ* 441. 1630, *σου* p. *σοῦ* 206, *σοῦ* p. *σου* 307. 400. *μοί* p. *μοι* 982, *καὶ σοὶ* p. *καί σοι* 1003, *τίς* p. *τις* 66, *τις* p. *τίς* 1133 (Trach. 504 *τίνες* p. *τινὲς* emendavit Hermannus, *frgm. 782*, 4 apud Dindorfium perperam scriptum *ὅπου τις* pro *ὅπου τίς ὄρνις οὐχὶ κλαγγάνει* cfr. O. C. 1133; Ant. 158 *τίνα* in aliquot apogr. recte; similiter *ib. 627* intercisum post *γέννημ'* deleudum est). —

Κἀμοιγέ που p. *κἄμοιγε ποῦ* 263; *ποῦ* p. *που* 1549; *ὡς φασὶν* p. *ὥς φασιν* 415, *ἐστὶ* p. *ἔστι* 755. 1169; *νῦν* p. *νυν* 21. 49. 96. 173. 188. 755. 1333; Brunckius etiam 575 *αὐτό νυν* scribit (cfr.

Elmsl. ad h. v.). — (Etiam locis qualis est O. R. 975 μὴ νῦν ἔτ' κτἑ. melius νυν inclinari producta sillaba videtur; aliud enim est ἄρα pro ἆρα positum. Certe *frgm.* 235, 1 ὡς νυν τάχος στείχωμεν debet scribi, nam aliter conlocatio insta verborum esset νῦν ὡς τάχος κτε.). — Δῆ p. δή 1628, ῆ p. ἤ 251. 1059; ῆ p. ἦ 596. 643; ἄρα p. ἆρα 393; ἄρα p. ἆρα 408. 409. 753. 858. 883. 1486. οὐκοῦν p. οὔκουν 924; οὔκουν p. οὐκοῦν 897; ἀλλὰ p. ἄλλα (in initio sententiae) 43; μηδαμᾶ p. μηδαμὰ 1104, μηδαμῆι 1698 (saepe velut Trach. 322, 381 οὐδαμᾶι p. οὐδαμά); ἦν p. ἢν 505. —

Ex falso iudicio aut pravo usu orta sunt haec vitia: *Αἰνείας* ἔπι πώλου (sic solet in codice praepositio inter adiect. et substant. interposita scribi) p. ἐπὶ 312; μάχηι p. μαχεῖ 837, νέμω p. νεμῶ 879; σωτηρία p. σωτήρια 796; ξυνιεῖς p. ξυνιεις 976, μηνιεῖς p. μηνίεις 1274; τὰν — τλᾶσαν — εὑροῦσαν p. τᾶν — τλασᾶν — εὑρουσᾶν 1077; νυχίαν p. νυχιᾶν 1248, προσφορὰ p. πρόσφορα 1270; παθοῦσα pr. m., παθοῦσα corr. 1676; ἀμαιμακέταν p. ἀμαιμακετᾶν, quod emendavit Hermannus 128; εἰκάθειν p. εἰκαθεῖν 1178. 1328. 1334 (εἰκαθεῖν, ἀμυναθεῖν, εἰργαθεῖν, εἰκαθεῖν, διωκαθεῖν, ἀλκαθεῖν, κατασχεθεῖν ut infinitivos aoristi notari debere Elmsleius ad Eur. Med. 186 p. 112 monuit); (μωρὰν El. 890, μώραν emendavit Neuius, νεωρῆ ib. 901, νεώρη scripsit Dindorfius); elisa vocali finali δεῖν' 661, ἐμ'' 646, εἰσ'', corr. m. sec. εἶσ' 336. — Duplex est accentus 763 πείρᾶι (πειρᾶ), 774 σκληρᾶ, 1525 γειτόνῶν (circumfl. a. m. recentiore ex schol. ut videtur), 193 κλίνῆις acc. super ι recentiore (κλίνης); (Ai. 185 πίτνῶν prior acc. a m. ant., alter a m. sec. cfr. ib. 300; πίτνειν, ἐμπίτνων notari debere Elmsleius ad O. Col. 1732 explicavit cfr. El. 453 προσπίτνοῦσα circumfl. a m. rec., 1380 προ.πίτνω pr., in προπίτνω mutatum ab eadem m. Accentus super ι deletus est et circumflexus super ω a m. recentiore positus). —

'Αΐδωνεῦ p. Ἀϊδωνεῦ 1659, ἐϋσκίαστον 1707.

ἦκε 738, ἰδω 889; αὑτοῦ, αὑτῆς etc. pro αὐτοῦ, αὐτῆς 34. 660. 853. 930. 984. 1396. τ' αἰτοῦ p. θ' αὑτοῦ 308 (contra Phil. 521 οὐκέθ' αὑτὸς et sic saepius); ἄλασιον p. ἄλαστον 1672; ὃν m. pr. p. ὅν 56; ἕξω p. ἐξω 193; ποθ' ἕξει, θ a m. aliquanto recentiore ex τ facto pro ποτ' ἕξει 909; ἕσταμεν p. ἕσταμεν 1017, ἥδη p. ἤδη

1551; ὁδός p. ὀδός 57. 1590 (O. R. 337 ὀργὴν et inde ὁρμήν). (*El.* 28 ἔπει pro ἕπει scribendum videtur). —

Elisio vocalis omissa: τἀμά 266; δὲ 694; τάδε 883; κύρια 915; ἴσθι 1210, θηρῶντα 1026 (cfr. El. 87 ἰσόμοιρος p. ἰσόμοιρ', 238 ἔβλαστεν p. ἔβλαστ'; Ant. 1046 αἰσχρὰν eraso αν; O. R. 322 ἔννομον p. ἔννομ'; 903 ὀρθὸν p. ὄρθ'; suo iure igitur Bergkius Ant. 387 ξύμμετρ' p. ξύμμετρος et Dindorfius Ai. 403 ὀλέθρι' pro ὀλέθριον scripsit). — Scriptum οὐδὲν p. οὐδέν' 565. 806. Corruptum πόθεν ex πόθ' 887. (Ita *El. 1251* ἔξοιδα καὶ ταῦτ' corruptum videtur ex ἔξοιδ' ἐγὼ ταῦτ'. Contra *El. 1360* ἥδιστά μοι et *Trach. 1228* πιστεύσαντά μοι recta ratio postulat, cfr. O. C. 1083 κύρσαιμ' αὐτῶν δ' p. κύρσαιμι τῶνδ' et 1169 φίλιατ' ἴσχες p. φίλτατε σχές). —

Aspiratio omissa 34. 738. 1461. 1618 cfr. 32 ἔννεπ' ὡς super π superscr. φ pr. m., quae in γυναῖκ' 311 χ et invicem in ὀπηνίχ' 434 κ supra scripsit).

Crasis omissa καὶ εἰ 957. 1181. Ita corruptum καὶ πόνωι p. κἀπόνῳ 1585 (O. R. 1052 καὶ μάιευες p. κἀμάτευες). Nec secus *O. C. 1565* καὶ μάταν corruptum arbitror, quod utcuuque interpretantur. Videtur fuisse κἀμάχων (ἄμαχος habet Sophocles Ant. 799). (Contrarie scriptum κἄπου p. καί που Phil. 308. Iude causa vitii *Phil. 286* repeteuda videtur. Nescio cur iu hoc v. interpretes uec vocabulo μόνον, quod sensu non careret, si praecederet βαιὰ, uec complexioue seuteutiarum offeudautur. Scribeudum est κεἰ δή τι βαιᾶ τῇδ' ὑπό στέγῃ μ' ἔδει (vel στέγῃ δέοι) διακονεῖσθαι, γαστρὶ μὲν κτὲ. Iam etiam patet in v. superiore non δή cum libris deterioribus legendum, sed οὖν, quod est in La, mutaudum esse in νυν). — Scriptum semper ἀνήρ pro ἁνήρ; ἀγών p. ἁγών 1148; ἄ̓ν p. ἂν 13; ἀγω cum ‘‘ super ἀ 636; ἀ 'πάθες p. ἅπαθες 1196; κ' ἐν p. κἂν 1410; χ' ὠ p. χὤ 574. 623; χ' ἀ p. χἀ 706; ἡτέρα p. ἁτέρα 497 (O. R. 782 θ' ἡτέραι p. θατέρᾳ, Trach. 272 θἠτέρᾳ p. θατέρᾳ, O. R. 1283 τῇδέθ' ἡμέρᾳ p. τῇδε θἠμέρᾳ); μ' οὐ eraso η p. μὴ οὐ 566 (ita in τὸ μὴ οὐ excidisse videtur οὐ Trach. 90, Ant. 443, Ai. 96 cfr. Trach. 622 μὴ οὐ corr. μὴν); ἐπ' (superscripto literis miuutioribus ει) οὐ p. ἐπεὶ οὐ 1436, μ' εἰδότ' p. μὴ εἰδότ' 1155, ἐγὼυδὲ υ a diorthota, ut videtur, inserto 998, (cfr. O. R. 332 ἐγώ τ' p. ἐγὼ οὔτ', 985 μὴκύρει p. μὴ 'κύρει, 1085

μ' ἐκμαθεῖν p. μὴ ἐκμαθεῖν; 1445 τ' ἄν p. τἄν). Saepissime coronis omittitur (ut O. R. 1504 ὦ φυτεύσαμεν p. ὦ 'φυτεύσαμεν). —

II. Proprietates scribendi.

Non multo graviores sunt proprietates quaedam scribendi, nisi quod nonnullae earum aliquid valent ad indicium de memoria textus ferendum, aliae etiam corruptis locis lucem adferunt.

Persona secunda sing. passivi in ει scribitur ῃ semper, nisi quod Ai. 195 στηρίζει pr., στηρίζῃ rec. scripsit. O. R. 919 etiam ῃ pr., εἰ m. antiqua. — Adscriptum ι saepissime sine ratione additum est ut φρονῶι, δικαιῶι, ἐναγῆι O. R. 656 p. ἐναγῆ, ὀρθοίῃ ib. 829, πρώιτοις, ὁρᾶιν, (O. R. 1334 ὁρᾶιν ι eraso), πέραι (O. C. 210 πέρα cum ι super α scripto), εἰκῆι, τῶιδ' O. C. 1600 p. τῷ δ', λάθραι (O. R. 787 λάιθραι); O. R. 870 λάθραι eraso ρ pro λάθα scriptum argumento esse potest principio in λάθρα non fuisse ι adscriptum; O. R. 1328 ἐπῆιρε (El. 54 ἠρμένοι ι post ἠ a. m. rec. addito, quod male recepit Dindorfius). Ubique φήις, solet σώιζειν, θνήισκειν, θρώισκειν, ζώιειν, κικλήισκω, alia. Copiose docteque de his rebus disputavit I. La Roche in Ann. sohol. Austr. 16, a. 1865 p. 89—128. Molestum videtur παράδοσιν, non rectam rationem sequi.

Aliae proprietates sunt λεύσειν (semper fere), γίνεσθαι, γινώσκω, ἔνκαρπως, πάνκαρπος, συγ κατάγμασι, συμ πλήθει, ἐμ μέσῳ, (saepissime praeposito adsimilitur), ποεῖν, ubi penultima corripitur, χρεῖ' ῃ p. χρείη (χρῆσται p. χρῆσται), ὅτ' ἄν, ὅθ' οὕνεκα, μεθ' ὕσ ερον.

Quae de εἰς et ἐς, εἴσω et ἔσω viri docti praecipiunt (cfr. Ellendt. lex. s. v.), incerta sunt; Dindorfius praecipit, ut metro concedente εἰς ante vocalem, ἐς ante oonsonantem scribatur. Equidem tutius duco in hac re paucis locis exceptis librum La sequi, cuius auctoritatem non neglegendam esse ex uno loco perspicio. Nam cum ibi scribi soleat ἐς δόμους (Ai. 63 Brunckius correxit), Trach. 34 εἰς δόμους τε κἀκ δόμων scriptum est procul dubio, etsi Dindorfius hic quoque ἐς δόμους corrigit, recte, cum oppositum ἐκ pleniorem formam poscat (cfr. Ant. 202 αἵ τ' εἴσω στέγης αἵ τ' ἐκτὸς αὐλῆς). Idem dicendum de σύν et ξύν, de quibus Herwerdenus in praef. edit. O. R. hanc legem statuit, ut σύν ante consonantem, ξύν ante vooalem scribatur, nisi quod initio versus etiam ante consonantem

potius formae ξίν; euphoniae causa et post literam ξ et ubi sequens syllaba terminetur literis ξ, κ, χ, etiam ante vocalem formae σύν locus sit.

Aut ubique ξύν, ubi per metrum et euphoniam licet, scribendum aut libri La scriptura retinenda est. Certe nullo modo O. R. 44, 99, 515 scripturam codicis ξυμφορά post σ in συμφορά mutatam velim. Quod librarius ib. 99 haesitavit („inceperat σ scribere, sed priusquam perfecerat in ξ transiit: unde nunc figura apparet ex utraque litera composita“), id documento est, eum non formam cui adsueverat formae quae erat in archetypo praetulisse. O. C. 1288 cod. recte ἀσφαλεῖ σὺν ἐξόδῳ, nam ξὺν ἐξόδῳ efficeret κακοφωνίαν. Ubique ξύναιμος codex, uno loco O. C. 1374 σύναιμος, recte, nam sequitur ἐξ ἴσου. —

Phil. 171, ut hoc nunc adferam, scriptura codicis μὴ σύντροφον neque cum apographis μηδὲ σύντροφον, neque cum Brunckio μηδὲ ξύντροφον corrigenda est, sed μηδὲν σύντροφον (δεν excidit ante συν). —

Non minus accuratus videtur codex in οὕτως El. 1296 (οὕτως δ' ὅπως), nam σ illud linguam adiuvat in addenda vi, quae hic postulatur. —

Saepe scribitur αὖτις pro αὖθις (ut O. C. 1438, Phil. 127, 541). Hoc ut alias, ita *Phil. 316* causa corruptelae fuit. Nam si ib. v. 315 interpretes Porsoni inventum οἷ' pro οἷς amplectuntur maxime propter v. 275, aliquid interesse inter utrumque locum neglegunt. Neque vero Hermanni interpretatio „quibus ipsis“ propter ἀντίποιν' ἐμοῦ probari potest. Scribendum est δοῖέν ποτ' αὖθις ἀντίποιν' ἐμοῦ παθεῖν cfr. Ai. 1086 οὐκ ἀντιτίσειν αὖθις ἂν λυπώμεθα. —

Pro ἕως scribitur ὡς, ubi ἕως monosyllabum est (Ai. 1117, Phil. 1330, O. C. 1361 ὥσπερ pro ἕωσπερ). Nihil corrigendum esse his locis, explanavit Bonitzius in Symb. I p. 58 sq. Restituendum autem est ἕως pro ὡς *Phil. 826* ἕως ἂν εἰς ὕπνον πέσῃ, nam non „ut obdormiscat“, sed „dum obdormiscat Philoctetes“ convenienter Neoptolemus parumper quietem esse iubet. — Etiam *El. 716* ἕως accommodatius est quam ὡς. Certissimum vero est, *ib. 571* ἕως scribi debere pro ὡς, quod plane abhorret ab hoc loco. —

Contra rectam rationem ν ἐφελκυστ. et ι paragogicum aut omittuntur aut adduntur (cfr. O. R. 427, 981 ν om. ante βρ, 1047 in ἔστιν τις ν a m. rec.; 573, 1376, 1497 ν add., 1126 erasum, O. C. 1074 ἔρδουσιν ἤ pro ἔρδουσ' ἤ; O. R. 1203 Θήβαις pro Θήβαισιν, Ant. 847 οἵοισιν pro οἵοις, 99 φίλοισι eraso ι). — Vocalem ε personae tertiae nunquam ante ἄν apud Atticos poetas elidi, falsam igitur Heathii coniecturam esse El. 914 ἐλάνθαν' ἄν, quam Dindorfius recepit, monuit Elmsleius ad Eur. Med. 416 (cfr. Nauck. Cur. Eurip. I, 22; II, 182). Elmsleius coniecit ἄν ἔλαθεν ἄν, ego cogitavi de ἐλήθεν ἄν, quod nunc iam Meinekium proposuisse video, sed graecus sensus eo loco ἄν non desiderat. —

Illud ν ἐφελκ. omissum est *Trach. 47* i. e. ἔστειχε τὴν mutandum in ἔστειχεν ἥν. Similiter in *frgm. 470*, 2 scribendum οὐ γάρ τις ἄν δύναιτο πρῴρατῆς στρατοῦ τοῖς πᾶσιν εἶξαι (pro τοῖς πᾶσι δεῖξαι) καὶ προσαρκέσαι χάριν. —

Additum ι paragogicum detrimento fuit verbo insequenti *O. C. 1266*, ubi ἥκειν multos vexavit, quum et praecedentia κάκιστος ἀνθρώπων et quae sequuntur τἀμὰ (sic recte Reiskius pro τἄλλα) μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ, docere possent quid rei esset. Scribendum ταῖς σαῖς ἀκούειν (cfr. ib. 988 οὐ γὰρ — ἐν τοῖσδ' ἀκούσομαι κακὸς γάμοισιν et *O. R. 521 sq.* κακὸς — κεκλήσομαι, ubi vide ne restitui debeat ἀκούσομαι quod solet permutari cum κεκλήσομαι). —

Etiam *O. R. 517* illud ιν terminationis vocabuli λόγοισιν gratia, quod fieri solere infra videbimus, additum (cfr. Trach. 101 δισσαῖσιν ἀπείροισιν p. δ. ἀπείροις) locum corrupit: λόγοισιν εἴτ' ἔργοις τι πρὸς βλάβην φέρον (cfr. Ant. 624 ἄγει πρὸς ἄταν, locutiones τὰ πρὸς τὸ ὑγιαίνειν, τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, nostrum „zu schaden bringen"). —

III. Syllabae falso divisae vel coniunctae.

Innumerabilia vitia et saepe portentosa vocabula exstant in codice La ex syllabis falso coniunctis vel seiunctis (cfr. Ai. 620 ἄφιλα παρ' ἀφίλοις apographa; La et Suid. s. v. τὰ δὲ πρίν habent παρὰ φίλοις, schol. παρὰ τοῖς πρώην αὐτοῦ φίλοις — ἢ ἄφιλα παρ' ἀφίλοις; O. C. 1578 La αἰὲν ἄϋπνον corr. αἰένυπνον; schol. et Suid. ὑφ' ἓν ἀναγνωστέον αἰένυπνον). Pauca adfero ex O. C.: ἀναθρῶν p. ἄν

ἀθρῶν 252, ἀμφέρων p. ἂν φέρων 761, ἀνῆγον pro ἂν ἦγον 927, μ' ἂν p. μὰν 182, ξυνῶπερ p. ξὺν ᾧπερ 334, εὐπράξειεν p. εὖ πρ. 391, ἀλλεπου σμικροῦ p. ἀλλ' ἔπους σμικροῦ 443, παῖδ' ἐκλύετον p. παῖδε κλύετον 493, ταῖς δ' ἔκτισας p. ταῖσδε κτίσας 715, τε χειροῦ p. τ' ἐχειροῦ 1009, στίχειν τι p. στείχοντι 1151, ἀξιῶ τὸν p. ἀξιῶτον 1377, στέργω νόμωι p. στέργων ὅμως 1529; δεχῆμεις p. δὲ χῆμεῖς 1037; ὑφ' (ἀφ') ἡγητῆρος p. ὑφηγητῆρος 1588 (cfr. O. R. 1260), σὺ θῶμεν pr. pro συθῶμεν 1724. —

Sed hae res critico gratae sunt, minus gratum ei est, si deturpatis verbis intempestivam grammaticorum vel librariorum operam supervenisse videt. Multa quidem, cum falso coniuncta aut seiuncta essent, ultro in novam formam abierunt, ut O. C. 775 τίς αὕτη in τοσαύτη, 841 ὧδε βᾶτε in ὧδ' ἐμβᾶτε, 1309 προστροπαίους ὠ in προστροπαίουσῶι, El. 1313 λήξαιμ' ἐγώ in λήξαιμέγ' ὧι, Phil. 554 ἀμφὶ σοῦ νέα in ἀμφὶ σ' οὕνεκα, 954 αὐανοῦμαι in αὖ θανοῦμαι, O. R. 287 οὐκ ἐν ἀργοῖς in οὐκεναργῶς, 744 εἰς ἀρὰς in εἰσαραῖς, 1264 ἐπεὶ δὲ γῇ in ἐπιδεγῆι, 1275 ἐφυμνῶν in ἐφ' ὑμῶν (ν ab eadem m. supra scripto) (cfr. 1414); sed multa etiam consulto correcta sunt, ut O. C. 550 ἐπὶ ἁ ἐστάλη, pro ἐφ' ἁστάλη scriptum, in ἀπεστάλη, 1373 ἐρεῖ ψεις (ἐρείψεις) in ἐρεῖ τις, O. R. 258 ἐπεὶ κυρῶ in ἐπικυρῶ, 525 τοὔπος δ' in τοῦ πρόσδ', 1289 μητρὸς αὐδῶν in μὴ προσαυδῶν (ut frgm. 314 a μητρὸς ἐξέδυ in μὴ προσεξέδυ), 1518 ἀπ' οἶκον (i. e. ἄποικον) in ἀπ' οἴκων. O. C. 35 quum ἃ δηλοῦμεν lectum esset pro ἀδηλοῦμεν, ὧν in τῶν mutatum (i. e. τούτων), 47 οὐδὲ μέντοι abiit in οὐδ' ἐμόν τοι, 590 θελόντων in θέλοντ' ἂν depravato οὐ in ει correctum, 674 οἰνῶπ' ἀνέμουσα (pro οἰνῶπα νέμουσα) in οἰνῶπ' ἀνέχουσα corruptum. —

Itaque videndum est, ne vitia huius generis ex tempore etiam superiore adservata etiamnunc in libris lateant.

Trach. 145 χώροισιν αὐτοῦ, καί νιν οὐ θάλπος θεοῦ iam alii hanc medelam adhibuerunt, non ita, ut tibi satisfiat; poeta scripsit χώροις, ἵν' αὐτὸ καῖον (κᾶον) οὐ θ. θ. —

Ib. 526 Hartungius indagavit quid subsit absurdis verbis ἐγὼ δὲ μάτερ μὲν οἷα φράζω usus adnotatione scholiastae ἐγὼ παρεῖσα τὰ πολλὰ τὰ τέλη λέγω τῶν πραγμάτων (alter scholiasta iam cor-

ruptam lectionem legit) et scripsit ἐγὼ δὲ τὰ τέρματ' οἷα φράζω. Scribendum est et propter literas et propter sensum et propter metrum ἐγὼ δὲ μὰν τέρματ' οἷα φράζω vel potius τέρμαθ' οἷα φράζω (i. e. aut ἐγὼ δὲ μὰν οἷα φράζω, τέρματα scil. ἐστὶ aut „ego vero haec ut exacta describo" „facile et sine vehementiore animi motu, quum aliter adfecta fuerit puella destituta et suspensa"). —

Ib. 653 Musgravius οἰστρηθεὶς in αὖ στρωθεὶς correxit, corrigendum οἱ στρωθεὶς, ut paulo ante ἃ δὲ οἱ φίλα δάμαρ — ὤλλυτο (cfr. Ai. 906). —

Ib. 830 θανών, post ὁ μὴ λεύσσων molestum, factum est ex τ' ἄνω, quum post ἐπίπονον ἂν intercidisset: ἔτι ποτ' ἐπίπονον ἀνέχοιτ' ἄνω λατρείαν (respondent *840* verba φόνια δολιόμυθα κέντρ' ἐπιζέσαντα, nam si certum est Νέσου interpolatum esse, etiam patet ὕπο ab interpolatore additum et θ' hiatus vitandi causa insertum esse, φόνια Brunckius pro φοίνια, δολιόμυθα Hermannus pro δολόμυθα scripsit). —

O. R. 832 πρόσθεν ἢ cum infinit. coniunctum multis fuit offensioni, ut iis Firnhaberi coniectura ἴδοιν pro ἰδεῖν probaretur, quae forma nunc etiam alibi invito, ut videtur, poetae obtruditur. Pro πρόσθεν ἢ τοιάνδ' ἰδεῖν scribendum πρόσθε μὴ τοιάνδ' ἰδών. Hac ratione etiam locus varie tentatus *O. C. 278* restituendus videtur. Nam vehementer dubito, an huic loco μηδαμῶς accomodatum non sit et οὐδαμῶς postuletur. Tunc habes μοίραις ποιεῖσθ' ἐν, quod ipsum poscit οὐδαμαῖς ex K. Lehrsii praecepto de postposita praepositione (Iahn. annal. 85, 1862 p. 298), ex quo clausula versus excepta praepositio non postponitur nisi aut adiectivum, genetivus, adiectivale aut horum uno progresso substantivum sequitur. Pluralis οὐδαμαῖς ea caret offensione, quam habet singularis. —

In *O. R. 509* φανερὰ γὰρ ἐπ' αὐτῷ πτερόεσσ' ἦλθε κόρα ποτέ, καὶ σοφὸς ὤφθη verba ἐπ' αὐτῷ Triclinius, γὰρ ἐπ' αὐτῷ Hermannus delevit. Sed γάρ delere molestum est et in v. stroph. aliquid quod significat, ut videtur, ‚armatus', intercidisse ipse dativus βασάνῳ et hiatus βασάνῳ ἐπὶ arguit. Videtur vero ἐπ' αὐτῷ ortum ex ἔπαυσ' ἡ et scribendum φανερὰν γὰρ ἔπαυσ' ἡ πτερόεσσ' ἦλθε (cfr. 396 ἀλλ' ἐγὼ μολὼν — ἔπαυσά νιν). Sic etiam mutatio subiecti (σοφὸς ὤφθη) tollitur. —

Ut ἂν saepe cum verbo insequente coniungitur (v. supra ἀναθρῶν, ἀμφέρων, ἀνῆγον, μάν; *O. R. 1348* non μηδαμὰ γνῶναί ποτ' ἂν cum Dobraeo [libri habent μηδ' ἀναγνῶναί], sed μηδάμ' ἂν γνῶναί ποτε legendum censeo), ita ἂν seiunctum corrupit *Ant. v. 70.* Nam procul dubio in ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως aliquid inesse debet, quod ad Antigonam spectat, id quod in illis verbis nemo ponere potest nisi cui omnia ex voluntate interpretari licet. Quapropter Lehrsius illud ἡδέως ex glossemate supra ἀσμένης scripto ortum arbitratur, quo nihil magis dubium est. Aptissimum huic loco vocabulum producitur ex coniunctis ἂν ἡδέως i. e. ἀμνήμονος, unde cum ἂν seiunctum esset, reliquae literae in vocabulum utcunque sensui et literis aptum correctae sunt. Dicit autem Antigona a se etiamsi Ismena socia esse velit, priorem plenae concordiae conscientiam abfore. (Etiam *Ai. 1144* ἀνεῦρες, ut Aristoph. Ach. 1037, scribendum, non utroque loco ἐνεῦρες, ἐνεύρηκεν corrigendum videtur). —

Ai. 1157 ὁρῶ δέ τοί νιν sensus postulat ἔτι i. e. legendum ὁρᾶν δ' ἔτ' οἶμαι, quod unum aptum est. Nam Teucer, si re vera illum hominem videt, non potest dicere κἄστιν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. —

Ib. 1190 libri habent ἀνὰ τὰν εὐρώδη Τροίαν, nonnulli libri deteriores ἠνεμόεσσαν post Τροίαν. Hic locus quomodo tentatus sit, vides apud Schneidewinum et M. Seyffertum. Hic quod invenit ἄναιον εὐρυεδεῖ Τροίᾳ, id minime probatur. Is locus certissima ratione emendari potest ex fragm. 496 Σκῦρος, νῆσος ἣν ὁ θεῖος Σοφοκλῆς ἀνεμώδεα καλεῖ: scribendum ἀν' ἀνεμώδεα Τρωΐαν, quo ipsa interpretatio ἠνεμόεσσαν ducit (cfr. Trach. 326 πάτραν διήνεμον schol. ἔρημον, ὑψηλήν, ἣν Ὅμηρος ἠνεμόεσσάν φησιν). Haec autem notatio Troiae optime convenit querenti choro. Quum igitur ἀν' ἀν abiisset in ἀνὰ τὰν, reliquae literae εμώδεα aliquo modo correctae sunt. —

Ant. 578 M. Seyffertus speciose scripturam codicis ἐκ δὲ τᾶσδε mutavit in εὖ δετὰς δέ; sed tamen et adiect. verbale δετός aliquid suspecti habet neque unquam K et Y permutatum vidi. Accedit quod δέω parum convenit huic rei. Quare scribendum mihi videtur εἰργμένας δὲ χρὴ γυναῖκας εἶναι τάσδε μηδ' ἀνειμένας. —

Trach. 716 φθείρει τὰ πάντα κνώδαλ' articulus τὰ post ὥνπερ — nam manifesto χὤνπερ cum Wackefieldo pro χ' ὥσπερ scriben-

dum — locum non habet. Legendum est *φθείροντα πάντα* (vel *φθείρονθ' ἅπαντα*) etiam concinnitatis causa. —

In *O. C. 783* *φράσω δὲ καὶ τοῖς* (apogr. *τοῖσδ'*) *ὥς σε δηλώσω κακόν* verba *καὶ τοῖσδ'* importuna sunt, quia chorus iam omnia audivit. Nec Blaydesii coniectura *καὶ τάδ'* rectum sensum praebet. Longe alia notio flagitatur, quae inest in *φράσω δ' ἐναντί', ὡς* — (cfr. Ant. 1307 *οὐκ ἀνταίαν γρ. οὐ καιρίαν*). —

El. 709 *ὅθ' αὐτοὺς* non ex *ἵν' αὐτοὺς* factum videtur, quae Nauckii sententia est, sed ex *ὅπου σφας*. —

Ib. 922 *οὐκ οἶσθ' ὅποι γῆς οὐδ' ὅποι γνώμης φέρει* terra (*γῆς*) amoveri debet; sed minime ita, ut a G. Wolffio vitiose factum est. Iacobsius coniecit *ὁ γηθεῖς*; verum syllabae sunt dividendae: *ὁ ποιεῖς* (cfr. O. R. 1008 *οὐκ εἰδὼς τί δρᾷς*). —

Ib. 1468 *χαλᾶτε πᾶν κάλυμμ'* unus Orestes ab Aegistho iubetur (cfr. 1470, 1472 sq.). Scribendum *χάλα τὸ πᾶν κ.* —

Fragm. 24 *ὥσπερ γὰρ ἐν φύλλοισιν αἰγείρου μακρᾶς, κἂν ἄλλο μηδέν, ἀλλὰ τοὐκείνης κάρα κινήσης αὔραις ἀνακουφίζει πτερόν* Dindorfius ex parte emendavit *κινεῖ τις αὔρα κἀνακουφίζει πτερόν*. Legendum *κινῇ τις αὔρα, πάντα κουφίζει πτερόν* (omnia, rami, folia, moventur, tolluntur, evolant). Cum locutione *κουφίζειν πτερόν* cfr. Ai. 1278 *ἅλμα κουφιεῖν*. —

Fragm. 830 *Ἐν τοῖσιν ἵπποις τοῖσιν ἐκλελειμμένοις ἴδιον εἰ χωρῶμεν ἢ παντὶ σθένει* priorem versum Heckerus et Schneidewinus emendaverunt *Ἐνέτοισιν* (vel potius *Ἐνέταισιν*) *ἵπποις τοῖσιν ἐκλελεγμένοις*, alterum ita scripserunt *ἥδιον, εἰ χωρῶμεν, ἢ π. σθ.* Nauckius (fragm. 818) coniecit *εἰ χωροῖμεν*. Videtur vero *εἰ χωρῶμεν* factum esse ex *ἐγκονῶμεν*, cetera minus liquent; possis conicere *σπεύδωμεν, ἐγκονῶμεν, οὐ π. σθ.* (cfr. Ai. 811, 988). —

IV. Literae transpositae.

Non raro oculorum aberratione vel potius memoriae quadam fluctuatione factum est, ut literae eiusdem vocabuli vel vicinorum vocabulorum transponerentur, velut O. C. 1244 *αἶτε* pr. *αἴτε* corr. pro *ἆται* cfr. Ai.! 292 *αἰβὰ* pr. pro *βαιὰ* (*βαί'*), O. C. 1625 *φόβῳ* „*φ* et *β* in litura a m. sec. Fortasse harum literarum sedem permutaverat

librarius", Phil. 282 *συμβάλλοιτο* pro *συλλάβοιτο*, Ai. 1243 *ἤρεσκεν* corr. ex *ἤρκεσεν* a m. pr., ib. 984 *τοῦτο δὲ* p. *τὸ τοῦδε*, Phil. 324 *θυμῷ γένοιτο χεῖρα* pro *θυμὸν γ. χειρί*. Memorabile est O. R. 1487 pro *τὰ λοιπὰ τοῦ πικροῦ βίου* in libris deterioribus legi *τὰ πικρὰ τοῦ λοιποῦ βίου*. Hac via Ai. 208 *ἠρεμίας* abiit in *ἡμερίας*, nam veram esse hanc Thierschii coniecturam, etiam ex imitatione auctoris Rhesi 882 sqq. cognoscitur.

Hac etiam *O. C. 402* molestissimum verbum *δυστυχῶν* ortum est ex *διχοστατῶν*. Nam hoc sensu requiritur (cfr. 399 sq., 404 sq.). Scribendum igitur *κείνοις ὁ τύμβος σὸς διχοστατῶν βαρύς*, sive versus cum corruptum esset *διχοστατῶν* metro adaptatus sive cum *σός* post [*τύμ*]*βος* excidisset, *ὁ σὸς* adiectum est. —

Trach. 57 *νέμοι — δοκεῖν* in *νέμειν δοκοῖ* mutandum. Optativus in eum sensum convenit, qui voce *εἰκός* ostenditur cfr. Ai. 1159 *καὶ γὰρ αἰσχρὸν εἰ πύθοιτό τις, λόγοις κολάζειν κτέ*, fragm. 718 *οὐδὲν κακίων πτωχὸς εἰ καλῶς φρονοῖ*. — Insignis in hoc genere Burgesii coniectura est, qui ib. 614 sq. *εὐμαθὲς — ἐπ' ὄμμα θήσεται* mutavit in *ὄμμα θεὶς — ἔπ' εὖ μαθήσεται*, in quibus conlocatio praepositionis *ἐπί* conlocatione verborum *ὄμμα θείς* excusari videtur. —

V. Dorismus neglectus. Atticae formae commutatae.

Fieri non poterat, quin posterioris aetatis librarii ex praesenti dicendi consnetudine formas in textum reciperent et pristinas formas Atticas cum vulgaribus commutarent. Quam mature hoc acciderit, ex hoc intellegitur: O. R. versum 1123, ubi libri habent *ἦν* et versum Niobes (frgm. 399) *ἦ γὰρ φίλη 'γὼ τῶνδε τοῦ προφερτέρου* adfert Porphyrius apud schol. Venet. Iliad. 5, 533 (cfr. schol. Odyss. 8, 186) ad confirmandam formam Atticam *ἦ* i. e. his dnobus locis pristina forma etiamtum conservata erat, quia *ἦ* pro particula *ἦ* acceptum erat. Prope necessaria est forma *ἦ* ex alia causa O. C. 768. — Grammaticus in Crameri Anecd. Oxon. vol. I p. 226, 6 (frg. 467 b) dicit haec: *κλείω, ὅπερ οἱ Ἴωνες κλῄω διὰ τοῦ η καὶ Θουκυδίδης καὶ τραγικοί, καὶ Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσι· Ψυχῆς ἀνοῖξαι τὴν κεκλῃμένην πύλην* (codex *κεκλισμένην*), *οἱ κωμικοὶ δὲ διὰ διφθόγγου*. Cfr. Photius p. 168, 13 *κλῇσαι οἱ ἀρχαῖοι λέγουσιν, οὐ*

κλεῖσαι, καὶ κλῇδα· οὕτω καὶ οἱ τραγικοὶ καὶ Θουκυδίδης. Ant. 18 La ᾔιδειν, schol. ἀντὶ τοῦ ᾔδεα. Equidem hanc formam etiamnunc grata ignoratione librariorum conservatam puto *Trach. 988* ἆρ' ἐξῄδης ὅσον ἦν κέρδος σιγῇ κεύθειν καὶ μὴ σκεδάσαι κτἑ. Non secunda, sed prima persona requiritur: ἆρ' ἐξῄδη σ' ὅσον ἦν κτἑ i. e. nonne praedicebam etc. (cfr. 974 sqq.). — Formam ᾔδησθα egregie restituit Cobetus Ant. 447 ᾔδης τα in ᾔδησθα mutato. Tertia persona Phil. 1010 scripta est ᾔδει, scribendam eam esse ᾔδειν Dindorfius ad Trach. 87 monet. Itaque O. R. 1526, ubi codex habet ᾔιδη supra scripto ει, ᾔδειν scribendum, non ᾔδη de Cobeti sententia pro prima persona accipiendum, quia ἦν in eodem v. (ante ἀνήρ) primam personam excludit (cfr. Eur. Phoen. 1759 ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ἔγνω). Primam personam pluralis ᾔδειμεν, quam libri *O. R. 1232* habent, Elmsleius mutavit in ᾔδεμεν. Eo loco propter v. 1229 ὅσα κεύθει, τὰ δ' αὐτίκ' εἰς τὸ φῶς φανεῖ κακά praestat εἴδομεν.

Iure igitur Brunckius, Elmsleius, Dindorfius, Cobetus ubique neglectum dorismum et mutatas formas Atticas vel flexionis vel ipsorum nominum verborumque auctoritate librorum posthabita restituerunt. Has enarrare mihi non est in animo, illud praeterire non possum, ex varia lectione diorthotae ad Ai. 1056 adscripta ὡς ἐλοιδόρει cognitum esse Sophoclem non δορί, sed δόρει scripsisse (cfr. Wunder. ad O. C. 619), codicem autem ubique δορί habere. — Quod Dindorfius semper verbis ab ευ incipientibus augmentum (ηυ) addit invitis libris, hoc comprobari videtur uno loco Phil. 1019, ubi librarius primo scripsit ηὐξάμην, postea ευ supra notavit. —

VI a. Vitia ex consuetudine dicendi nata.

Ut a librariis notae formae pro minus notis inlatae, ita ab iisdem aliquoties ex consuetudine quadam dicendi locutionumque verba poetae immutata sunt. Sic O. C. 42 ὅ γ' ἐνθάδ' ἂν in ὅ γ' ἐνθάδ' ὢν depravatum est, 70 ἆρ' ἄν τις in ἆρ' οὖν τις, 200 γεραόν in γεραιόν, 247 ὔμμι in ὑμῖν, 327 δύσμοιρ' in δύσμορ' (cfr. O. R. 248), 1078 αὐθαίμων in αὐθομαίμων (cfr. O. R. 466 ἀελλοπόδων p. ἀελλάδων, 1108 Ἑλικωνιάδων p. Ἑλικωνίδων, 1218 ὀδύρομαι p. δύρομαι, El. 272 αὐτοφόντην p. αὐτοέντην), 1495 ἁγίζων in ἁγιάζων,

1718 ἐπαμμένει in ἐπιμένει, Phil. 1094 ἔτ' οὐ γὰρ ἴσχω in οὐ γὰρ ἔτ' ἰσχύω, alia.

Hac causa *O. R. v. 724* corruptus est. Nam verba ὧν γὰρ ἂν θεὸς χρείαν ἐρευνᾷ iam Brunckio iure suspecta fuerunt, deum perperam dici ἐρευνᾶν vidit Herwerdenus. Corrigendum ὧν γὰρ γνῷ θεὸς χρείαν ἐρευνᾶν i. e. quarum rerum investigandarum utilitatem deus noverit. —

O. C. 134 οὐχὶ σέβονθ', quod scribendum arbitror pro οὐδὲν ἄζονθ' (nam procul dubio metrum v. ant. 166 λόγον εἴ τιν' ἔχεις rectissime se habet), primo in οὐδὲν (ignoratione obiecti cfr. schol. ὑπερβατόν· τινὰ δὲ τὰ νῦν) σεβίζονθ', hoc in οὐδὲν ἄζονθ' (cfr. v. lectionem schol. οὐδὲν λιάζοντα) depravatum videtur, nisi literae οὐ — hoc enim saepe scribitur pro οὐχὶ — σεβίζονθ' falso divisae sunt οὐσεβ (οὐδεν) — ἵζονθ', ἄζονθ'. Cfr. O. R. 886 δαιμόνων ἕδη σέβων et ib. 898 οὐκέτι τὸν ἄθικτον εἶμι γᾶς ἐπ' ὀμφαλὸν σέβων. —

b. Vitia per ipsius sententiae vim commissa.

In hoc genere etiam id docendum est, cum librarii, inprimis superioris aetatis, ipsius sententiae vi et perceptione inconsulte adducerentur, ut verba poetae falso legerent vel leviter immutarent.

Sic *O. C. 522* ἄκων sententiae unice convenit (cfr. 538, 964, 987), metro repugnat. Nam quod Dindorfius cum Bothio corrigit ἑκὼν et Oedipum sentire οὐχ ἑκὼν ἑκὼν censet, id refutatur obtestatione interposita θεὸς ἴστω. Legendum est ἤνεγκον ἀνάγκῃ, θεὸς ἴστω (cfr. Phil. 538 ἐγὼ δ' ἀνάγκῃ προὔμαθον στέργειν κακά et proverbialiter dictum Ant. 1106 ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυσμαχητέον).

Phil. 1207 absurde dicitur κρᾶτ' ἀπὸ πάντα καὶ ἄρθρα τέμω χερί, ut alii verbis transponendis loco medelam adferre velint κρᾶτ' ἀπὸ πάντα τε τἄρθρα (Wunder.) vel κρᾶτα καὶ ἄρθρ' ἀπὸ πάντα (Bergk.), alii mutanda voce κρᾶτα in χρῶτα (Hermann. et hunc secutus M. Seyffert.), quae omnes coniecturae sensum quendam mirae et ridiculae mutilationis (πάντα ἄρθρα, πάντα χρῶτα) movent. Legendum κρᾶτ' ἀπὸ τᾷδε καὶ ἄρθρα τέμω χερί (verba τᾷδε χερί accomodatissimma sunt homini ira excandescenti). —

El. 192 κεναῖς τραπέζαις sanum non esse Nauckius docuit. Scribendum videtur νῆστις δ' ἀμφίσταμαι τραπέζαις. —

Digitized by Google

Ib. 363 innumeris coniecturis premitur cfr. Bern. Arnoldi vind. Sophocl. p. 39 sqq. Verba τοὐμὲ μὴ λυπεῖν μόνον corrupta videntur aut ex τοὐμὲ μὴ λυπεῖν φίλους (i. e. τὸν πατέρα) aut potius ex τοὐμὲ μηδὲν εἰκαθεῖν. —

Haec ratio etiam loco nondum sanato *Ai. 770 sq.* εἶτα δεύτερον δίας Ἀθάνας — τότ' ἀντιφωνεῖ δεινὸν — ἔπος opem ferre potest. Nemo enim prudens eorum sententiam probabit, qui δίας Ἀθάνας ἡνίκ' ηὔδᾶτο dictum opinantur ἀνακολούθως pro δ. Ἀθάνας αὐδωμένης. Nec Bergkii aut M. Seyfferti coniectura satisfacit; de ceteris cfr. Seyfferti adnotationem. Mihi corruptum videtur δεύτερον ex δ' εἰς ἔριν (εἶτα δ' εἰς ἔριν δίας Ἀθάνας κτέ). —

Trach. 196 τὸ γὰρ ποθοῦν ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλων οὐκ ἂν μεθεῖτο — qui τὸ ποθοῦν pro τὸ ποθούμενον accipere posse sibi videntur, iis equidem non invideo. Loci O. C. 1219 alia ratio est. — Qui M. Schmidtii coniecturam probare potest (ὁ θοὔνεχ' ὧν ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλοι), ei etiam minus invideo. Est vero ἕκαστος ortum ex η πᾶς τις (cfr. O. C. 775 τις αὕτη depravatum in τοσαύτη), itaque legendum ὁ γὰρ ποθῶν ἦν πᾶς τις, ἐκμαθεῖν θέλων κτέ (cfr. Ai. 28 ἐκείνῳ πᾶς τις αἰτίαν νέμει, El. 984 πᾶς τις ἐξερεῖ βροτῶν, de ποθῶν ἦν Trach. 22 ὅστις ἦν θακῶν et O. R. 801). —

Phil. 1402 unum apud melicos tragicosque poetas (cfr. Rossb. et Westph. III, 149) exemplum neglectae caesurae legitimae nec versu Aeschyl. Pers. 165, ut videtur, corrupto nec personae mutatione, quae Hermanni opinio est, excusari potest. In ὦ γενναῖον latet ὧδε χαρτόν, in quo cum ὦ causa perspicua pro interiectione acceptum esset, cetera consecuta sunt. Verba εἰ δοκεῖ, στείχωμεν ὧδε post Philoctetae orationem multo accommodatiora sunt quam sola verba εἰ δοκεῖ, στείχωμεν. Cfr. Trach. 228 χαρτὸν εἴ τι καὶ φέρεις, El. 1457. —

In hoc igitur genere ducenda sunt vitia, quale est Trach. 970 θανόντα pro θάνατον et ib. 1004 ἴδοιμ' ἂν p. ἰδοίμην. Et si Hermannus El. 139 οὔτε λιταῖσιν recte emendavit in οὔτ' ἄνταις, non solum literae (ANTAIC), sed etiam sensus in corrumpendum locum valuit.

Trach. 1221 multo tolerabilior fit accusativus σε, si pro τέκνον scribitur τελεῖν (cfr. O. R. 252 ὑμῖν δὲ ταῦτα πάντ' ἐπισκήπτω τελεῖν). —

Hoc denique modo peccavit librarius, qui *El. 969* θανόντος scripsit pro κεύθοντος, quod ipse inveni et iam Meinekium invenisse video, O. R. 657 ἐκβαλεῖν pro βαλεῖν cfr. Dind. ad O. C. 253; Ant. 840 ὀλομέναν pro οἰχομέναν, quod Martinus restituit; Trach. 845 ὀλεθρίαις pro οὐλίαισι, quod Wunderus emendavit; qui Ai. 28 τρέπει intulit pro νέμει, ne cogites de glossematis supra textum scriptis. Contrarie *Ant. 775* pro τρέπειν inlatum est μόνον, nam ἄγος non esse ,piaculum', sed μίασμα, μύσος similiter ac v. 256 λεπτὴ δ' ἄγος φεύγοντος ὣς ἐπῆν κόνις, demonstravit Hartungius. Cfr. O. R. τίς ὁ τρόπος τῆς ξυμφορᾶς, qui locus non mutandus, sed interpretandus est τίς ἀποτροπὴ τῆς ξυμφορᾶς. — *O. C. 1560* hiatus vitandi causa post Ἀϊδωνεῦ Ἀϊδωνεῦ id quod metro requiritur ἱκνοῦμαι mutatum est ab aliis in λίσσομαι, ab aliis in δίδου μοι, quod legit scholiasta. Non opus videtur σ' addere (*Ἀϊδωνεῦ σ' ἱκνοῦμαι*). Cfr. ib. 275, 1010 τάσδε τὰς θεὰς ἐμοὶ καλῶν ἱκνοῦμαι, El. 136 α ἰ α ῖ, ἱ κ ν ο ῦ μ α ι. — In v. sq., ut id iam hic adferam, ἐπιπόνῳ nihil aliud puto quam ἐπὶ πόνῳ praepositione etiam in priore membro, ut saepe fit, suppleta: μήτε πόνῳ μήτ' ἐπὶ βαρυαχεῖ — μόρῳ. —

VII. Literae opinati hiatus vitandi causa additae.

Similiter atque in eo genere quod modo tractavimus, caecus quidam sensus, cupiditas ante vocalem syllabae in unam consonam exeunti quasi fulcrum alius consonae addendi librariis causa fuit, ut literas τ' vel γ' vel δ' adicerent. Cfr. O. C. 51 ἄτιμος γ' ἐκ γ' ἐμοῦ nullo super ος accentu; *260* τάς τ', quod iniuria in τάς γ' vel τάσδ' mutaverunt; 334 ξυνώπερ τ' εἶχον; 657 in βίαν ἐμοῦ post βίαν litera erasa est, fuit procul dubio τ' vel γ' (cfr. O. R. 966 ὑφηγητῶν ἐγὼ eraso δ ante ἐγώ); 882 Ζεῦσι' ἂν (σι uno ductu) pro Ζεὺς ἄν; 977 πῶς γ' ἂν pro πῶς ἄν; 1279 οὕτως μ' ἀφῇ γε pro οὕτως ἀφῇ με. El. 422 θαλλὸν τῷ pro θαλλὸν ᾧ. Ai. 1070 λόγων τ' ἀκοῦσαι pro λόγων ἀκοῦσαι, Trach. 337 ἐκμάθῃς θ' ἃ p. ἐκμάθῃς ἅ, 1091 ὑμεῖς δὲ κεῖνοι p. ὑμεῖς ἐκεῖνοι; eadem causa saepius τῶνδ', τάνδ', τόνδ', τοῖσδ' pro τῶν, τάν, τόν, τοῖς, O. C. 45 ὥστ' pro ὥς, quod etiam *Trach. 1220* restituendum est, scriptum, similiter Trach. 403 ἐρωτήσας in ἐρωτήσασ', 412 ποικίλας in ποικίλασ' mutatum est, alia. In hoc igitur genere id vitium ponendum, quod

supra memoravimus, πᾶν ante vocalem πάντ' vel πᾶντ' scriptum, quod etiam in *frgm. 284, 2* corrigendum est, πᾶν ἀναπτύσσει (pro πάντ' ἀναπτύσσει). —

Itaque non licet *O. C. 502* in ὑφηγητοῦ δ' ἄνευ hoc δ' ex δίχα reliquum existimare, quod plurimi de Hermanni coniectura receperunt. Illud ἄνευ vero corruptum est ex κενόν, δ' corrupta voce κενόν hiatus vitandi causa insertum (cfr. supra O. R. 966). De κενός τινος, aliqua re orbatus, destitutus cfr. ib. 931 τοῦ νοῦ κενόν, Ant. 754, El. 403; δόρυ ἀνδρῶν συμμάχων κενόν dicit Euripides. —

O. R. 930 falsum est, quod nescio quo pacto nemo interpretum sensit, γένοιτο, quum post verba chori γυνὴ δὲ μήτερ ἥδε κτἑ nuntius ad Iocastam se convertere debeat, id quod eum facere ex responso Iocastae οὕτως δὲ καὶ σύ γ' cognoscitur (cfr. El. 66). Hic quoque igitur in γένοιτ' ἐκείνου illud τ' insertum est. —

Etiam gravius vitium hoc modo videtur ortum in *O. C. 1098* ὧδε προσπολουμένας. Hoc verbum corruptum esse inter prudentes constat, ratio medendi non constat. Nemo credo Nauckii audaciam probabit neque Hartungii coniectura προσπελωμένας aut Bergkii προσπωλουμένας aliquam veritatis speciem habet. Qui novit verbum in hac re usu tragicorum prope statutum, non dubitaverit mecum reponere πρὸς σ' ὁρμωμένας. Quum igitur προσορμωμένας lectum esset, syllabae producendae causa mutatio facta est. Ceterum πρὸς σὲ ipso sensu, quum caecus sit Oedipus, prope necessario requiritur. —

VIII a. Literae semel scriptae.

Cum saepe literae in mediis, in extremis vocabulis omissae sunt, quod cum non communi genere contineatur, sed singularis temeritatis sit, non adtinet ad nos, tum literae semel scriptae sunt quae duplicandae erant; id quod inprimis in σ evenit ex pronuntiatione cfr. O. R. προσιείχοντα p. προσσιείχοντα (O. C. 30, 320), 358 πρὸ σοῦ p. πρὸς σοῦ (cfr. 746, 919), 707 ἀφεὶς ἑαυτόν p. ἀφεὶς σεαυτόν, 1299 τίς p. τίς σ' (cfr. O. C. 358 τίς p. τίς σ', 652 ὄκνος p. ὄκνος σ'), (842 ἐνέπειν, 1015 γεννητῶν, 1510 ξύνευσον); Ai. 153 τὸ σοῖς p. τοῖς σοῖς, (299 κάράχιζε p. καρράχιζε, Ant. 681 κεκλήμεθα p. κεκλέμμεθα), 893 ἐν εκροῖς p. ἐν νεκροῖς, 952 ἄν ιν p. ἄν νιν (1236 μέσον p. μέσσον). —

O. R. 508 μεμφομένων ἂν καταφαίην non potest intellegi, ut post Musgravium multi intellexerunt cum scholiasta: οὐκ ἄν ποτε ἐπαινέσαιμι τοὺς μεμφομένους (assentiri), nam καταφάναι hac vi nullo modo cum genetivo coniungi potest, potest una vi condemnandi, quae abhorret ab hoc loco. Quod enim Leitschnhius (in aliquo progr. schol.) μεμφομένων passive dictum censet, id usu non comprobatur. Corrigendum inciso transposito πρὶν ἴδοιμ' ὀρθὸν ἔπος μεμφομένων νιν, καταφαίην (praestat καταφάναι [adnuere, probare] absolute dictum). Cfr. Trach. 687, ubi νιν ex ἂν emendavit Elmsleius. —

Ib. 987 καὶ μὴν μέγας ὀφθαλμὸς οἱ πατρὸς τάφοι vulgo de Porsoni coniectura γ' post μέγας additur. Vide ne aliud quid lateat, praesertim cum ὀφθαλμός hoc loco aliam vim habeat, atque habere solet. Post μέγας σ intercidisse arbitror, ut habeamus σαφ', reliquum αἶνος fuisse potest (cfr. Phil. 1380 ὦ δεινὸν αἶνον αἰνέσας, Aesch. Agam. 1484 κακὸν αἶνον ἀτηρᾶς τύχας ἀκορέστου) i. e. μεγάλην παραίνεσιν οἱ πατρὸς τάφοι παρέχουσιν. —

Ai. 1281 ὃν οὐδαμοῦ φῂς οὐδὲ συμβῆναι ποδί; mendacium habendum est, non superlatio eorum, quae v. 1237 dicta sunt (cfr. quae M. Seyffertus adnotavit). Quod Seyffertus coniecit ὃν οὐδαμοῦ φῂς (scil. τὸν δρῶντα εἶναι), σοῦ δὲ συμβῆναι ποδί, id non minus vitiosum dicendi genus exhibet quam illa verba. Corrigendum ὃν οὐδαμοῦ φῂς σοῦ δίχ' ἐμβῆναι ποδί (cfr. Rhes. 214 ὅταν δ' ἔρημον χῶρον ἐμβαίνω ποδί et El. 456 ἐπεμβῆναι ποδί); id quidem est, quod Agamemnon dixerat ποῦ βάντος ἢ ποῦ στάντος, οὗπερ οὐκ ἐγώ. —

Ib. 1369 La a pr. m. habet ὅσσ' ἂν ποιήσεις, πανταχῆι χρηστὸς ἔσηι; ποιήσῃς correxit, γ' post χρηστός addidit manus antiqua; γ' omittunt etiam Lb, Flor. γ. aliique libri. Fr. Gu. Schmidtius coniecit ὅς ἂν ποιήσῃ, πανταχῇ χάρις γε σῇ (vel γ' ἴσῃ), qua coniectura bene emendavit, quod vulgatur ex correctione La ὡς ἂν ποιήσῃς, cetera non item. Post χρηστὸς intercidit σ i. e. σύ γ' εἶ; nunc demum γὲ post ὅς ἂν ποιήσῃ suum habet locum. —

Trach. 94 ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα — Nanckius ἐναριζομένα vitiosum esse ostendit. Scribendum συνοριζομένα, „sibi vicinam, adfinem (σύνορον) efficiens". —

b. Vocabula semel scripta (et repetita).

In melicis complures locos docti viri ita emendaverunt, ut idem vocabulum repeterent, quod librarii metri ignari aut neglegentes semel scripserant vel consulto vel, quod probabilius est, temere, non minus temere, quam saepe contrarie idem vocabulum ab iisdem repetitum est. Addidit Phil. 1116 Erfurdtius πότμος (cfr. 1096 σύ τοι σύ τοι), Trach. 1031 Dindorfius Παλλάς et 221 Παιάν (delevit idem Phil. 1120 alterum ἀράν, 1213 alterum πόλις; Trach. 1023 Seidlerus alterum παῖ), quae omnia certe summa probabilitate facta sunt. Ita nescio an *O. R. 1216* metrum sit restituendum: ἰὼ Λαΐου τέκνον, τέκνον (libri habent ἰὼ Λαΐειον τέκνον) et *ib. 1330* manus antiqua alterum κακά recte addiderit (ὁ κακὰ κακὰ τελῶν = νομάδ' ἐπιποδίας μ' *1350*), alterum ἐμά non item (τάδ' ἐμὰ πάθεα = ἀπό τε φόνου *1351*), nam ἔλαβε 1350 interpolatum esse constare debet, νομάδος plane expungere temerarium est. —

c. Syllabae, vocabula omissa.

Aberratione oculorum peccaverunt librarii saepissime, cum literas, syllabas, vocabula vel propter similitudinem proximarum literarum vel a simili litera ad similem delapsi omiserunt. Hoc modo omissa δ' O. C. 13 et 1363 inter ν et α, ante α 746, θ' inter σ et ο, post σ 1012, δή post αι 23, ἄν 146 post γάρ, τίνα p. τίν' ἄν 205, post τῆσδ' 780, τὶ ante τοὶ 391, μὲν post ἐμοῦ 530, τε ante τὴν 850, τὸ ante ποῖον 1415; ποῖ αὖτα p. ποῖα ταῦτα 893 (cfr. O. R. 252 τὰ πάντ' p. ταῦτα πάντ'), 1010 τᾶσδε θεᾶς p. τάσδε τὰς θεάς, 1218 ὁπόταν τις p. ὅπου ὅταν τις, 1360 κλαυστ' ἐστιν p. κλαυστὰ δ' ἐστὶν, 1367 δαί μ' p. δ' αἴδε μ', 1455 πῆμαι' p. παρ' ἦμαρ, 1595 τοῦθ' ορικίου p. τοῦ τε θορικίου, 1749 τί με p. τίν' ἔτι με, si modo recte coniecit Hermannus, 886 περῶσι δή p. περῶσ' οἵδε δὴ de Elmsleii coniectura. Trach. 505 τίνες post ἄκοιτιν addidit Hermannus.

Negligentia librariorum saepe accidit, ut etiam sine tali causa syllabae et vocabula praeterirentur, ut O. C. 1165 τ', 426 ἄν (οὔτ' ἐξεληλυθώς p. οὔτ' ἂν οὐξ.), 902 δ'; 215 ὦ in fine versus, 1729 τάδ', 744 ἀλγῶ, (O. R. 349 εἶναι, 440 σύ). O. C. 1211 τοῦ et χρῄζει serius addita fortasse a m. pr., 1448 νέα Hermannus addidit;

1499 vel σπεῦσον de Triclinii vel ᾄσσον (ante ἄϊσσ') de Rich. Engelmanni coniectura (in thes. dissertationi „de Ione" adiunctis) vel aliud quid intercidit.

Ant. 130 non χρυσοῦ καναχῇ θ' ὑπερόπτας cum Emperio corrigendum videtur, sed χρυσοῦ καναχῆς θ' ὑπερόπτας (cfr. εὐδαίμων τοῦ τρόπου, σχετλία τόλμης, δύστηνε κακῶν). Ironice dicuntur Argivi parvulorum instar et splendore auri et strepitu armorum superbivisse. —

Ib. 1034 κοὐδὲ μαντικῆς ἄπρακτος ὑμῖν εἰμι multis recte offensioni fuit; scribendum κοὐδ' ἐκ μαντικῆς — (κ ante μ intercidit cfr. 175. 429. 448). —

Ai. 417 post ἀμπνοάς sensus dicentis postulare videtur γ' (haec particula ut nimis saepe temere addita est et ad numeros turbatos utcunque restituendos veteribus correctoribus non minus quam recentioribus in promptu fuit, ita non raro omissa est, cfr. inprimis O. R. 836). —

O. C. 480 in τοῦ τόνδε πλήσας θῶ; tam molestum est θῶ, ut si nihil aliud inveniri posset, probanda esset Herwerdeni coniectura τοῦ τόνδε πλήσας; ἐκδίδασκε. Redde poetae τοῦ τόνδε πλήσας φθῶ; Contrarie *Ant.* 1013 φθίνοντ' ex φανέντ' corruptum videtur, ut ex opposito φανέντα — ἀσήμων, quo poetae delectantur, intellegatur quid sit ἀσήμων. —

O. C. 315 τί φῶ; ex τίν' αὐδῶ; ortum esse puto (γυναῖχ' ὁρῶ — τίν' αὐδῶ; — ἆρ' ἔστιν; —). —

Frgm. 209 γλῶσσ' ἐν οἷσιν ἀνδράσιν τιμὴν ἔχεις scribendum videtur: γλώσσῃ σὺ τοῖσδ' ἐν —. —

Frgm. 223 Photius p. 359, 25 οὐκ ὤφιξεν· οὐ βλάπτει, correxit Dindorfius οὐ κωφεῖ, scribendum οὐ κωφεῖ ξένον· οὐ βλάπτει.

O. C. 391 τι ante τοιοῦδ' addidit Hermannus, scribendum τίς δ' ἀντὶ τοιοῦδ' ἀνδρὸς εὖ πράξειεν ἄν; cfr. O. C. 1326 cum Schneidewini adnotatione, 1489, Trach. 707. —

Ib. 475 οἰὸς νεαρᾶς κτέ a metro laborat. Ante νε intercidit τε, οἰός τε νεαρᾶς, ut sensus sit καὶ θάλλοις καὶ κρόκαις καὶ οἰὸς μαλλῷ. —

Ib. 861 addidit Triclinius ὡς (Οἰδ. δεινὸν λέγεις Κρ. ὡς τοῦτο νῦν πεπράξεται). Recte post λέγεις additum videtur ὡς, sed

scribendum *Oid.* δεινὸν λέγεις ὡς *K.* τοῦτο — comparato loco Suid. s. v. ὡς (frgm. 963) ὡς· λίαν Σοφοκλῆς Θαυμαστὰ γὰρ τὸ τόξον ὡς ὀλισθάνει i. e. δεινὸν λέγεις ὡς idem est quod δεινὸν ὡς λέγεις. —

Ant. 122 post πλησθῆναι non τε inserendum arbitror de Triclinii coniectura, sed τι adverbiascens (cfr. Ellendt. II. p. 830). In hoc τὶ acerbi quiddam inest. —

Ib. 382 Boeckhii coniectura ἀπάγουσι multo praestat Triclinii mutationi βασιλείοισιν. Ceterum post βασιλείοις facilius excidere poterat ες vel προς (de ἐσάγουσι cfr. ib. 128 ἐσιδών, El. 1059 ἐσορώμενοι) et ipsum verbum προσάγουσι praeferendum videtur verbo ἀπάγουσι. —

Ib. 112 nefas duco vestigia librorum, quae monstrant quam apertissime aequabilitatem utriusque systematis anapaestici (110—116, 127—133) non sequi et cum Scaligero scribere ὃς Πολυνείκους. Etiam ὑπερέπτη (113) et ὑπερόπτας (130) eodem loco systematis posita magnum argumentum haberi possunt. Si quid suspicari licet, in oculi aberratione vitium ponendum et de verbo cogitandum, quod incipit ab ἐξ; speciosum autem verbum in hac re est ἐξελαύνω, quod in memoriam revocat Ἀμφιαράου ἐξελασίην (cfr. nostrum „uzvart"), ut corrigendum sit ἐξήλασεν· ἐν δ' ὀξέα. —

Ib. 156 metro ita succurrere velim, ut post Μενοικέως inseram ὡς et scribam νεοχμωθείς (schol. νεωστὶ κατασταθεὶς εἰς τὴν ἀρχὴν καὶ τυραννίδα). —

Ib. versum 851 οὔτ' ἐν βροτοῖσιν οὔτ' ἐν νεκροῖσιν male Dindorfius de Hermanni sententia ut explendae lacunae causa textui illatum damnat. Repetitum οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσιν post οὔτε βροτοῖς οὔτε νεκροῖς huic loco quam quod maxime accommodatum est; quod enim horribile res habet, id illis verbis gravissime exprimitur. Recte οὔτε ut glossema a Boeckhio expunctum, ἐν a M. Seyfferto; post νεκροῖς (libri νεκροῖσι) autem non κυροῦσα, uam non iam est ibi, sed ἔρχεται (848) eo Antigona, intercidisse puto, sed ἰοῦσα, quod facillime post οισι intercidere poterat. —

O. C. 252 trium syllabarum defectum monstravit Hermannus. Quum εἰ θεὸς ἄγοι nihil habeat quo referatur, post ὅστις ἂν aliquid excidisse credo idque post ἂν fuisse ἄταν cfr. Ant. 623 sq. ὅτῳ φρένας θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν. —

Ib. 1453 ἐπεὶ corruptum est ex ἐπέχων, ut 1744 Wunderus librorum scripturam ἐπεί emendavit in ἐπεῖχε, (χων excidit ante μέν). Opposita sunt ἐπέχειν, coercere, morari et αὔξειν promovere. Respondent autem verba ὁρᾷ δ' ὁρᾷ (sic Bergkius pro ὁρᾷ ὁρᾷ) ταῦτ' ἀεὶ χρόνος, ἐπέχων μὲν ἕτερα verbis antistr. *1468* sq. τί μάν καθέξει — sic enim scribere velim pro ἀφήσει cl. El. 502 sq. εἰ μὴ τόδε φάσμα νυκτὸς εὖ κατασχήσει — τέλος· δέδια· τόδ' οὐ γὰρ ἅλιον — nam nullo modo τόδ' de Tricliniana coniectura in δ' mutari debet, sed ante τόδ' intercisum poni. —

El. 1424 plerique de Elmsleii coniectura κυρεῖτε receperunt, quod reprobavit Meinekius; alii δὲ, τάδ' ἐν, τά γ' ἐν coniecerunt; nescio an scribendum sit πῶς κυρεῖ; λέγ'· ΟΡ. ἐν δόμοισι μὲν —. —

Trach. 214 post Ὀρτυγίαν intercidisse videtur τὰν (Dindorfius θεάν addidit). —

Ib. 854 addidit Wunderus Ζηνὸς κόρον, Dindorfius Ζηνὸς κέλωρ' deleto Ἡρακλέους, quum eiusmodi verbum excidisse putandum sit, cuius glossema genetivus Ἡρακλέους fuisse potest. Id nomen est βίαν; quid ante βίαν sit addendum nescio; cogitavi de πολλῶν (post οὔπω), de τἀνδρός (οὔπω τἀνδρὸς βίαν ἀγακλειτόν). —

Phil. 956 forma τοισίδ', quia hoc uno loco apud Sophoclem reperitur, non ferenda videtur; scribendum τοῖσδ' ἔτ'; nam ἔτι requiris. —

Phil. 1003 (ξυλλάβετ' αὐτόν) ante αὐτόν intercidisse ἄρ' puto. Nam hoc ἄρα ei convenit, qui in magno discrimine id famulos iubet, quod ultro illos facere decet („quin comprehendite eum"). —

Etiam *O. R. v. 976* non transpositione vocabulorum restituendus videtur, sed inserendo eo vocabulo, quod desideras ἔτι: καὶ πῶς τὸ μητρὸς λέχος ἔτ' οὐκ ὀκνεῖν με δεῖ;

IX a. Literae additae.

Ut de omissis, ita ne de additis quidem literis quidquam commune statui potest. Pauca adfero ex Oed. R.: ἔστ' pro ἔτ' 814 (cfr. El. 175 ἔτι a m. antiqua in ἔστι mutatum), γ' ἐσθαῦμα p. γε θαῦμα 1132, ἐμὲ pro με 1323, ἄχθος p. ἄχος 1355, ἄθλιος p. ἄθεος 1360, ἴσθι eraso σ p. ἴθι 1515 (Trach. 69. 825 ἄροτρον p. ἄροτον, 886, στομᾷ p. τομᾷ, 1159 πρόσφατον p. πρόφαντον).

Trach. *1179* ταρβῶ μὲν ἐς λόγου στάσιν τοιάνδ᾽ ἐπελθὼν conferunt interpretes O. R. 634 τί τὴν ἄβουλον στάσιν γλώσσης ἐπήρασθε, at quis non videt, quid differat inter utrumque locum? Quid controversiae loco Trach., cum Hercules nihil aliud quam sollicitam anxiamque filii exspectationem intenderit? Emendandum ἐς λόγου τάσιν, quod is scholiasta legisse videtur, qui locum interpretatus est sic: εὐλαβοῦμαι μὲν εἰς τοιαύτην ὁμιλίαν ἐλθὼν μὴ οὐχ αἱρετά μοι προτείνῃς ignorata vi vocis τάσις. —

El. *1336* dici non posse ἀπλήστου βοῆς Meinekius in Anal. Soph. ad h. l. monuit. Non cum eo correxerim ἀπαύστου, sed ἀλήκτου cfr. 1312 ἐκλήξω ante λ litera π erasa. De ἄληκτος cfr. Trach. 985. —

b. Dittographiae.

Literae, syllabae, vocabula eadem post eadem, similia post similia ut omissa, ita saepe adiecta sunt cfr. O. C. 353 πρόσθεν προσθεν altero προσθεν punctis notato, 895 ἀποποσπάσας altera syllaba πο duobus punctis, 1184 τὸν τὸν priore τὸν tribus punctis notato (cfr. Ai. 1165); ita O. R. 162 ἰὼ ἰὼ p. ἰώ; 793 τοίτου eraso τού p. τοῦ; 1046 γὰρ ἄριστ᾽ p. γ᾽ ἄριστ᾽; 1115 τῇιδεδ᾽ p. τῇ δ᾽; O. C. 172 κοὐκ ἀκούοντας p. κἀκούοντας; 1125 τοῦτό γ᾽ p. τό γ᾽, 1697 ἦν τις ἦν p. ἦν τις cfr. Trach. 830 ἔτι ποτέ ἔτ᾽ ἐπίπονον p. ἔτι ποτ᾽ ἐπίπονον. Nec secus O. C. 121 λεύσατ᾽ αὐτόν corruptum est ex λεῦσσ᾽ αὐτὸν, quod de priore Hermanni coniectura recepit Meinekius. Egregie Bergkius Ant. 1150 ποφάνηθι Ναξίαις σαῖς emendavit in προφάνηθ᾽ ὦναξ, σαῖς, Hermannus El. 852 ἀχαίων in αἰῶνι. — Memorabile est, quod Schneidewinus vidit, Phil. 1322 scripturam La et Flor. γ εὔνοιαν σοι λέγων ortam esse ex εὔνοιαν superscripto σοι (i. e. εὔσοιαν) λέγων (cfr. Ai. 97 χέραι i. e. χέρα et χερί).

Ant. *931* τοιγάρτοι τούτων τοῖσιν ἄγουσιν videtur τούτων ortum esse ex repetito τοι et pronomine νὶν, quod ut obiectum verbi ἄγουσιν exspectas: τοιγάρτοι νιν τοῖσιν ἄγουσιν. —

Hac via membra disiecta poetae conligi possunt in *fragm.* *461* *b* ex fabula Ποιμένες reliquo, quod desperant Dindorfius et Nauckius: Ἴδης δήποτε μηλοτρόφω ἀγενναι τὴ ει τὴν τῆς Ἴδης τριολύμπιον ἅρμα. Nimirum in δήποτε repetitum est δηπ ex δης, μηλοτρόφω procul dubio est μηλοτρόφων, ut etiam ἀγενναι certissima ratione in

ἀγελῶν mutari possit. Nunc quid in *τη ει τὴν τῆς* lateat, obscurum esse non potest: latet *ποιμένες* et *Ἴδης* corruptum est ex *εἶδον* (*ἴδον* scripto). Redde igitur poetae haec:

Ἴδης
ὅτε μηλοτρόφων ἀγελῶν ποιμένες
εἶδον τριολύμπιον ἅρμα.

Si de Paride dicitur, scribendum *ποιμὴν εἶδεν.* —

X. Clausulae versuum corruptae (et initia).

Usu comprobatum est inprimis clausulas (minus initia) versuum corruptelae obnoxias fuisse. Eo enim loco facillime aberrabant oculi librariorum (cfr. Ai. 82 *ὀκνῶι ἰδεῖν*, sed delecto *ἰδεῖν* a m. pr.; Ant. 5 *ὁποῖον οὐχὶ* eraso *χὶ*; 710 *ἄγαν γαν* in litura literarum *μαν-θαν*; 1030 *κτανεῖν* in litura undecim literarum), in eum locum maxime oblivio et negligentia eorundem valebat cfr. Trach. 265 *βέλη* serius additum literis tenuioribus, sed eadem manu ut videtur, 319 *ἤνυτον* primo omissum, sed postea literis exilioribus suppletum (cfr. Ant. 1310). Ant. 1341 initio versus *ὅς* ex superiore v. repetitum. Ita vidit Dindorfius O. C. 71 *μόλοι* ex fine superioris v. irrepsisse; 628 *με ε* a m. multo recentiore ex *οι* vel *ου* factum cfr. 457, ubi ceteri libri habent *θέλητέ μου*, Lb. *θέλητέ μοι;* 1474 Dindorfius recte addidisse videtur *πάτερ*, 1640 nec *φέρειν* quod in La, nec *φρενί* quod in aliquot apographis e correctione legitur, recte se habet; 1488 Nauckius recte *φρενί* delevit (et *ἐμφῆναι* p. *ἐμφῦναι* scripsit: *ἐμφῆναι τόδε* vel *πάτερ?*); *O. R. 360 λέγειν* ex v. 358 inlatum est, sensus postulat *μόνον;* 446 *πλέον* emendavit Meinekius in *πέρα*. Ant. 1098 *λαχεῖν* versui 1094 debetur. Deperdita vox fueritne *Κρέον*, quod apographa habent, an *λαβεῖν* quod Neuius coniecit, an *τὰ νῦν, τόδε*, statui nequit.— Dubitare licet de Ai. 185 comp. cum v. 300 cfr. Nauckii aduot. crit. ad v. 300.

Frustra critici v. *Ai. 802* tentaverunt. Nimirum *φέρει* versui 799 reddi debet, quod hic conlocatum corrupit versum. Corrigendum: *τοῦ Θ. μάντεως* (scil. *ἔμαθε Τεῦκρος*), *καθ' ἡμέραν τὴν νῦν ὅτ'* (i. e. *ὅτι*) *αὐτῷ θάνατος ἢ βίος πέλει.* —

Ib. 755 ποτέ locum non habet, nam non hoc, sed *πέρα* „ultra hanc diem“ sensu requiritur. Hoc *ποτέ* librariis in clausula versuum

solebat in promptu esse. *O. R. 1377* quidem pro ποιὲ corrigendum est ἔτι, *El. 940* πάλιν, *1207* τόδε. —

Similiter *O. C. 113* πόδα corruptum est ex τόδ' ἄψ (κρύψον κατ' ἄλσος). —

Ib. 367 ἔρις rectissime se habet; aemulantur enim inter se fratres concedendo, contendendo, Creonti regnum esse committendum (cfr. λόγῳ σκοποῦσι 369), in hanc autem sententiam unice convenit τοι pro τε (Κρέοντί τοι). Non aliter *Phil. 1212* γ' ἔτι corrigendum videtur γέ τοι (antea ἔτ' pro ἔστ' recte M. Seyffertus scripsit, cuius altera coniectura γέ που in praesentem Philoctetae adfectum minus convenit, cui nunc mors patris explorata est). Cfr. ib. 81, ubi La τι, pauca apographa τοι habent. —

O. R. 1383 verba τοῦ Λαΐου mutili versus complementum habenda sunt. Herwerdenus coniecit ἀλάστορα, praestare videtur μιάστορα (cfr. Eur. Androm. 615). —

El. 889 μαθοῦσά μου. Propria vis, quam hic habet μαθοῦσα (εἰδυῖα), aspernatur additum μου i. e. μου mutandum in με. —

Trach. 433 pro φανεὶς exspectas μόνος cfr. 353 sqq. —

Phil. 25 librorum scriptura εἴη vulgo ex Camerarii coniectura corrigitur in ἴῃ. Et probabilius, ut ex parte omissum post φοιν, et aptius est φανῇ. —

Ib. 650 πάνυ corruptum videtur ex πόδα. Nam πάνυ ut languidum impugnavit Bergkius in Ann. Ant. Disc. 1835 p. 962, a diverbio Sophoclis abiudicat Meinekius Anal. Soph. p. 317. —

In *frgm. 678, 12* et molestum est ἄνω et ad νωμᾶν obiectum desideratur. Legendum igitur ἐν θεοῖς κράτος. —

In initio corruptus videtur *Ai. v. 678* (cfr. M. Seyfferti adnotationem); scribendum puto λέγω (pro ἐγὼ) δ' — ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως —, ὅτι κτέ. —

Unam literam quoque in initio *Trach. v. 55* amissam esse puto: τἀνδρὸς κατὰ ζήτησιν (pro ἀνδρὸς κ. ζ.). —

XI. Terminationes verborum corruptae.

Negligentia et ignorantia maxime in terminationibus vocabulorum a librariis peccatum est cfr. O. C. 40 Σκότους p. Σκότου, 239 ἔργον

p. ἔργων, 423 αὐτῶν p. αὐτοῖν, 459 ποιεῖσθε p. ποιεῖσθαι (cfr. O. R. 1412, 1500, 1512); 514 ἀλγηδόνας p. ἀλγηδόνος, 781 σοὶ p. σὺ (cfr. 1332), 1355 σοὶ p. σός, 820 οἰμώζεις p. οἰμώζειν, 829 ἀρήξειν p. ἄρηξιν, δρᾷ p. δρᾷς, 1007 τιμᾶς p. τιμαῖς, 1124 πορεῖεν p. πόροιεν, 1153 ἀνθρώπων p. ἄνθρωπον (1778 θρήνων p. θρῆνον, 1658 consulto τις αὐτῶν p. τις αὐτόν), 1160 προσχρήζοντι p. προσχρήζοντα (1402 τινα p. τινι), 1230 φέρων p. φέρον, 1340 ξυμπαραστήσεις p. ξυμπαραστήσει (1775 ἔρρεις p. ἔρρει), 1361 φονέος p. φονέως, 1435 τελεῖται p. τελεῖτε, 1444 σφῷν p. σφὼ (1543 σφῶι p. σφώ; 1407 σφῷιν γ' pro σφώ γ' scripto, ἐὰν in ἂν contractum est), 1517 χρῆν p. χρή, 1664 ἀλγεινῶς p. ἀλγεινός consulto ut videtur, 1673 ᾧτινι p. ὥτινε ignorantia, 1683 ὀλεθρίαν p. ὀλεθρία (cfr. Trach. 942 βίου p. βίον, 956 Διός p. Δῖον, 1266 θεῶν p. θεοῖς).

Saepissime permutantur similes formae indicativi, coniunctivi, optativi (εις, ῃς, οις, ει, ῃ, οι, ωμεν, οιμεν, ωμεθα, οιμεθα cfr. 775. 971. 849. 910. 1635; 11 (El. 57) post ὡς, ὅπως; 170, 1210 σώιζει p. σώζῃ post ἐάν; consulto 1725 ῥέξωμεν p. ῥέξομεν post ὡς), similes formae futuri et aoristi (δεξαίατ' p. δεξοίατ' 945, ἀναπαύσετον p. ἀναπαύσατον 1113 cfr. El. 1222 προσβλέψουσα p. προσβλέψασα, O. R. 145 δράσαντος p. δράσοντος, 726 ἀκούσοντ' p. ἀκούσαντ' (cfr. Phil. 533), 773 λέξοιμ' p. λέξαιμ').

Adfero hic etiam φράζουσα p. φράσουσα Trach. 534, κἀποσώζοντας p. κἀποσώσοντας Phil. 1379, οὐξελέγχων primo pro οὐξελέγξων O. R. 297, προὐτρέπω p. προὐτρέψω ib. 358, cfr. ib. 890 ἔρξεται ξ ex γ facto, quod librarius scribere coeperat; σημαίνουσα Trach. 870 p. σημανοῦσα (cfr. O. C. 366, 837), Ai. 469 εὐφραίναιμι p. εὐφράναιμι; μνημονεύεις p. μνημονεύσεις, quod restituit Herwerdenus, Phil. 121.

Secundam personam dual. act. indicat. temp. historicorum apud Atticos exiisse in ην, non in ον, docuit Elmsleius ad εἰχέτην O. R. 1511; corrigendum igitur O. C. 1379 ἔφυτον, 1695 ἔβητον, 1746 ἐλάχετον in ἐφύτην, ἐβήτην, ἐλαχέτην; 1739 ἀπεφεύγετον aliter corrigendum esse vidit Hermannus.

O. R. 230 quid rei esset, bene perspexit Herwerdenus. De peregrinis non ut interfectoribus, sed ut delatoribus nunc dici, et con-

trarium ὅστις ποθ' ὑμῶν et verba τὸ γὰρ κέρδος τελῶ 'γώ extra dubitationem ponunt. Scribendum igitur procul dubio ἄλλος pro ἄλλον, quod ignoratione vitiatum est; ἄλλος verbis ἐξ ἄλλης χθονός definitur. Atque ἄλλος non ἄλλον legi debere intellegitur ex articulo τὸν (αὐτόχειρα), qui alioqui post ἄλλον mutandus sit in ὄντ' (αὐτόχειρα). —

Phil. 181 ὕστερος corruptum puto ex ὑστέρων (πρωτογόνων οἴκων οὐδενὸς οἴκου ὑστέρων). —

El. 1156 αὐτός inutile est, non inutile est αὐτῆς, quia ἧς cum λάθρᾳ coniungi oportet. —

Ant. 1002 βεβαρβαρωμένῳ minus commode cum οἴστρῳ cohaeret: scribendum ipsius varietatis causa βεβαρβαρωμένως. — Similiter *O. C.* 1579 pro molesta forma ξυντομωτάτως scribere malim ξυντομωτάτων i. e. ξυντομωτάτων ἂν λόγων τύχοιμι λέξας. —

O. R. 676 *et Ant.* 81 nescio an πορεύσομαι mutandum sit in πορεύομαι. Certe *Phil.* 786 pro ἐργάσει scribendum est ἐργάζει, nam de praeterito et praesenti, nihil de futuro tempore cogitat Philoctetes. —

El. 649 convenientius videtur βουλεύοιεν quam βουλεύουσιν. —

O. R. 11 recte ii interpretantur, qui secundum O. C. 1094 verbo στέργειν tribuunt vim petendi, rogandi; nam duae causae consessus supplicum esse possunt, aut metus in aliqua mala re propulsanda aut desiderium in aliquo bono appetendo. Itaque nisi στέρξαντες interpretari licet „desiderio alicuius rei commoti“, scribendum est στέρξοντες „petituri“. —

O. C. 363 παρεῖσ' ἐάσω licet locis Euripidis confirmetur, tamen παροῦσ' ἐάσω sensum, quem h. l. desideres, exhibet („quia adsum, ad finem exoptatum perveni laboribus exanclatis“). —

XII. Lacunae.

Quam facile vel singula vocabula vel universi versus intercidere potuerint, ex eo cognoscitur, quod complura vocabula et plurimi versus primo omissi postmodum aut ab ipso librario aut a diorthota codicis inserti vel ad marginem adscripti sunt. Velut si librarius post O. R. 1299 deductus simili initio προσέβη — πρὸς σῇ intulerat v. 1302, periculum erat, ne versuum 1300 et 1301 iactura fieret cfr.

ib. 1104, ubi librarius propter similitudinem verborum ab ἀνάσσων ad ναίων aberravit, ut verba εἶϑ' ὁ βακχεῖος ϑεὸς ναίων omitteret — sic enim res explicanda est. — Aliquid praecipuae calamitatis El. 1427—1432 et O. C. inter 183 et 184 vel archetypo nostrorum librorum vel superiori libro accidisse videtur. Cfr. O. C. 1491 „post ἐπιγύαλον relictum spatium sex vel octo literarum“ et El. 1432, quem iam Suidas s. v. προάστειον mancum legisse videtur. Quod autem sunt quibus molestum videatur aliquem locum „stellulis inlustrare“, ii sunt admonendi, defectum versuum El. l. c. ab Erfurdtio (post 1427), Seidlero (post 1429), Brunckio (1432), ib. post 1264 a Brunckio, O. C. l. c. ab Hermanno — ordinem versuum melius Hermanno descripsisse videtur Nauckius — minus verbis et sententiarum nexu, quam una ratione antistrophica et metro detectum esse, ut metuendum sit, ne etiam alibi, ubi illud auxilium non suppetit, lacunae lateant. Neque omnes putaverim concessuros fuisse, post *Ant. 1166* versum interiisse, nisi ἀγαϑῇ τύχῃ Athenaeus et Eustathius illum versum (1167) conservassent. Hartungius quidem offensus verbo τίϑημι c. infin. coniuncto, singulari τοῦτον post pluralem ἄνδρες, verbis ἔμψυχος νεκρός repudiavit hunc versum, sed nihil effecit (aliquid probabilitatis habeat ex scholiastae adnotatione coniectura καὶ γὰρ ἡδοναὶ ὃν ἂν προδῶσι, ζῶντά γ' οὐ τίϑημ' ἐγώ, sed per libros non licet ita scribere; ceterum cfr. M. Seyfferti adnot.). Illud vero adparet, multo minus ab hac re laborare libros Sophoclis quam Euripidis. Mancus autem est praeter eos, quos adtulimus locos, liber Sophoclis Ant. 112, quod iam supra (p. 32) memoravimus, Ai. 936, *O. C. 882* (Ζεὺς οἶδε τοῦτο, ut simile initium causa omittendi fuisse videatur), 1499 (vide supra p. 31), El. 1283, O. R. 214, 906. — Praeterea una lacunae suspicio plurimorum consensu comprobata est, Hermanni de *Phil. 1252* (cfr. Bonitz. Symb. crit. I p. 54—57). Nam quidquid de versibus transponendis (Hermannus ipse in ed. 2 et Schneidewinus; inepte B. Todtius 1252 post 1290 conlocari vult ita mutatum ἀλλ' οὐδέ πω —) vel delendis — Wunderus v. 1253 delevit — excogitaverunt, inane vanumque est. Sane hiatus sententiae est, sed hic hiatus non verbis, sed actione expletur; nam post verba Neoptolemi v. 1251 Ulixes gestum manus facit manumque gladio admovet, id quod postea (1254 sq.) aperte eloquitur. —

Rectius videtur Bergkius Phil. post 854 in lacuna, quam alii in versibus insequentibus quattuor hexametros, qui respondeant versibus 839—42, deprehendere. Quod autem idem *ib. ante v. 642* nonnulla excidisse suspicatur, id parum probabile est, quum v. 640—642 artissima necessitudine contineantur. Corrigendum igitur οὐκ ἄλλα; οἶδ᾽ ἀλλὰ Doederlinus, οὐκ ἄρα Meinekius, οὐκ αὐτὰ M. Seyffertus coniecit: mihi videtur ἀλλά nihil aliud esse quam ἅμα (cfr. Ant. 436) et ut adsolet, ἄρ᾽ ante ἅμα intercidisse: οὐκ ἄρ᾽ ἅμα κἀκείνοισι ταὐτ᾽ ἐναντία; Nec minus opinio Schneidewini post ib. 533, Hermanni post ib. 1443 lacunam statuentis refutanda est.

Trach. 264 et 267 lacunas indicat et ante 281 nonnulla excidisse suspicatur Bergkius. V. 264 recte interpretatus est Dobraeus Adv. II, 40 „supprimitur verbum ex ἐπερρόθησε supplendum", nam ita demum λέγων post ea, quae ad ἔργα pertinent, sine offensione facile adiungi potest; v. 267 coniecturas Hermanni et Wunderi (φανεὶς — ἀντ᾽) praeferendas esse suspicioni Bergkii, inde intellegitur, quod cum ἀνδρὸς ἐλευθέρου ad Eurysthea pertineret, ἐλευθέρου molestum esset deberetque dici ἄλλου ἀνδρός. Adparet igitur, cum φανεὶς in φωνεῖ depravatum esset, ἀντὶ correctum esse in ὡς, ut ῥαίοιτο haberet unde penderet (cfr. ὡς interpolatum El. 61). Nec quidquam ante v. 281 desideratur. Quod item Bergkius ib. 768 vestigia omissi versus in adnotatione scholiastae deprehendere sibi videtur, recte animadvertit Dindorfius verba νεαρὰ κόλλη ex adiectivo ἀρτίκολλος sumpta esse; v. 782 autem, post quem lacunam statuere vult Bergkius, corrigendus est, de quo infra dicetur. Ib. 863 Meinekius ante hemichorii verba nutricis eiulationem (ἰώ μοί μοι) excidisse putat. Tunc eadem eiulatio etiam ante 865 ponenda esset, sed quum non subiti gemitus, sed continuus οἶκτος (κωκυτός) significetur, non opus est haec verbis a poeta describi.

Ant. 167 aliquid, cum κείνων (168) ad Oedipum et ad Laium pertineat, itaque Oedipus excludatur, de Oedipo dictum exspectas i. e. post 167 haec fere sententia excidit: τούτῳ βεβαίους ὄντας αὖ παραστάτας. —

Ib. post *212* versum interiisse olim Scaligerus, postea B. Thierschius suspicatus est. Quotquot factae sunt coniecturae vel κὰς τὸν εὐμενῆ (Dindorf.) vel ποιεῖν (Martin.) vel κυρεῖν (M. Seyffert.) vel

σὺ ταῦτα δράσεις (Nauck.), nulla admodum satisfacit nec lacunae suspicio valde probabilis est. Vide ne poeta scripserit ἐς τόν τε δύσνουν. —

Ante *ib.* *215* Dindorfius olim signa lacunae posuit; nunc emendare sibi videtur πῶς ἂν σκοποὶ νῦν εἶτε τῶν εἰρημένων. De formis εἶμεν, εἶτε a tragicorum usu abiudicandis vid. Nauck. Cur. Eurip. II p. 79 (tres loci Aesch. Eum. 766 ed. Herm. Eur. Hipp. 349 Alc. 921 non minus suspecti sunt quam hic locus Sophoclis). Deest sane aliquid, sed non plus quam lineola: ὡς ἂν σκοποὶ νῦν ἦτε τῶν εἰρημένων —, ut Creon dicturus sit μὴ ἐπιχωρεῖτε, sed interpellatus a choro, qui tenacem semel iussi regem novit, postea pergat τὸ μὴ 'πιχωρεῖν —; nunc demum quid velit τί δῆτ' ἂν ἄλλο τοῦτο, intellegitur. —

Ib. 269 quid Bergkius velit, quum sequatur 271 ἦν δ' ὁ μῦθος κτἑ, non adsequor. —

Post *Ant.* *436*, nisi praeferenda ducitur Dindorfii coniectura ἅμ' pro ἀλλ' scribentis, lacuna statuenda est.

Ib. 660 ne putes aliquid deesse, cfr. Trach. 305. El. 1434. —

Ib. *705* *sq.* verba τοῦτ' ὀρθῶς ἔχειν referri nequeunt ad ἓν ἦθος, quod propriam absolutamque vim habet, et duas res concinnitatis causa significari debere, cognoscitur ex verbis ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ — ἢ γλῶσσαν ἣν οὐκ ἄλλος ἢ ψυχὴν ἔχειν (707 sq.). Versus omissi autem hic fere sensus fuit:

μηδ' αὖ νόμιζε τοὺς λόγους ἄλλων παρείς.

Accedit quod hoc versu adiecto orationes Creontis et Haemonis parem numerum versuum explent. Hoc enim ea quae inde a v. 631 usque ad v. 772 agnoscatur aequabilitate requiri Heilandius (de stichom. trag. Stendal. 1855 p. 13) docuit. Ut autem non licet cum Heilandio v. 673 sq. in unum conflare vel cum Meinekio v. 680 delere, de quo infra dicendum erit, ita cum Dindorfio ante 699 defectum versus statuendi nulla causa est. —

Ib. 836—838 aliquid intercidisse iure suspicatur Nauckius. Non si alias (cfr. G. Wolff. ad Ai. 201) poeta aequabilitatem anapaestici systematis minus diligenter observavit, hoc parum credibile est in hac fabula, in qua omnia summa cura elaborata sunt; quod v. 161 dimeter tetrametro (146) respondet, hoc ex liberiore conformatione extremi

systematis non cum cantico artins coniuncti, quippe quo regis adventus denuntietnr, repetendum est. Illic femininum *ζῶσαν, θανοῦσαν* cansam fuisse puto, nt *φθιμένῳ* corrigeretur in *φθιμένᾳ*, quum illnd femininnm ad vocabulum omissnm spectare videatur.

M. Schmidtii opinio (Ann. schol. Austr. XVI p. 10 sq.), qui post v. 1032 duos versus chori, post v. 1034 unnm v. intercidisse arbitratnr (*κοὐ δεῖ μαντικῆς γνῶναι τάδ', ὡς ἅπασι δυσχερὴς ἐγὼ ἄπρατος ὑμῖν εἰμι*), partim inanis (cfr. O. C. 760), partim falsa est.

Post v. 1110 plura deesse Hermannus suspicatus est idqne mnlti nt Dindorfius, Bergkius, Nanckins adsensu comprobaverunt. Mihi secus videtnr. Nam quod Creon consilinm snnm non longe lateque hic exponit, hoc certo consilio fecit poeta, ut et spectantibns moveret exspectationem et eadem bis enarrare snpersederet. Quum antem Creon ipse negotio interesse velit, ne exspectatur quidem, nt iam antea rex singula mandet, qui praesens qnae ex usn sint inbere possit. Nam quod M. Seyffertus censet, nunc non habere in animo Creontem ipsum cremendo sepeliendoqne Polynici interesse, id ita abhorret a veritate, ut propter hoc ipsum rex, quia ipse interesse vult, nihil aliud adiciat; verba autem *ἐγὼ δ'* — *ἐκλύσομαι* minime ad unum Antigonae sepnlcrum, sed ad universam rem et ad omnium consiliorum conversionem pertinent. — (De ceteris sicut de v. 1279, ubi nonnulla excidisse Brunckins, Hermannus, alii arbitrati sunt, et de v. 1301, 1303 infra dicetnr). —

O. C. post v. 639 Meinekius lacunam statuit, quod qno iure faciat infra videbimns. Infra etiam de v. 1713, 1716 (cfr. Dindorf.), 1719, 1730 (cfr. Bergk.), de v. 1733, ubi Hermannus recte lacunam indicavit, inquirendnm erit. —

O. R. 943 Nauckius sagaciter perspexit, verba *τέθνηκε Πόλυβος* non Iocastae, sed providi consideratique nuntii esse, ut elegantia poetae agnoscatur. Quod autem Nauckins verba, quae in codice leguntur *ἦ τέθνηκε Πόλυβος; ΑΓΓ. εἰ δὲ μὴ | λέγω γ' ἐγὼ τἀληθές, ἀξιῶ θανεῖν* ita contrahit

ΙΟΚ. πῶς εἶπας; ἦ τέθνηκεν Οἰδίπου πατήρ;

ΑΓΓ. τέθνηκε Πόλυβος· εἰ δὲ μή, ἀξιῶ θανεῖν.

et ex verbis *λέγω τὸ ἀληθὲς* supra *εἰ δὲ μὴ* superscriptis interpolationem repetit (Dindorfius illa elegantia sublata scribit *τέθνηκεν· εἰ δὲ μή,*

αὐτὸς ἀξιῶ θανεῖν), id ita non probo, ut hoc loco Sophoclem duos versus nuntii etiam praetulisse putem uni versui. Quamobrem haec poeta dedisse videtur:

ΙΟΚ. πῶς εἶπας; ἦ τέθνηκεν [Οἰδίπου πατήρ;
ΑΓΓ. ἔξισθί τοι· τέθνηκε] Πόλυβος· εἰ δὲ μὴ
λέγω γ' ἐγὼ τἀληθές, ἀξιῶ θανεῖν,

oculus librari autem aberravit ab altero *τέθνηκεν* ad alterum. —

De opinione Teuffelii post ib. 1423 lacunam statuentis infra. Non sine probabili ratione Wunderus post ib. 1445 nonnulla intercidisse arbitratur. Etiam post *ib. 1135* haud scio an versus omissus sit, quocum et verbum unde dativus *ποιμνίοις* (ut *ἐπιστατεῖν*) et verbum unde accusativus *τὸν Κ. τόπον* aptus esset, (ut *νέμειν*) et *ἐγὼ* (*ἐπλησίαζον*) interierint. —

Morstadtium post El. 35 lacunam statuentem redarguit B. Arnoldus (Vindic. Sophocl. p. 9) conl. Aesch. Eum. 454, Eur. Med. 678 sq., Soph. O. R. 1271. — Post ib. 316 signa lacunae posuit O. Iahnius. Verum nec sententia additamentum desiderat — aspernatur potius — neque aequabilitatem hanc artificiosam diverbii poeta sectatus est. — Post. Ai. 1296 versum (*σὲ σόν τ' ἀδελφόν, τὴν μιάστειραν λέχους*) deesse arbitratur Hermannus. —

XIII. Permutatio literarum et vocabulorum causa corruptelae.

Infinita est eorum vitiorum multitudo, quae ex permutatione literarum vocabulorumque nata sunt. Quamobrem ne longus sim, nihil nisi quod ad ipsum meum usum pertinet, adferam. Memorabilis est adnotatio scholiastae ad Eur. Phoen. 682 *γράφεται ,σῷ νιν ἐκγόνῳ κτίσαν', ἵν' ἦ τῷ ἐγγόνῳ σου, τῷ Κάδμῳ, αἱ θεαὶ κατέκτισαν τὰς Θήβας· γέγονε δὲ περὶ τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ἁμάρτημα· ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησιν Εὐκλείδου μήπω τῶν μακρῶν εὑρημένων τοῖς βραχέσιν ἀντὶ μακρῶν ἐχρῶντο, τῷ ε ἀντὶ τοῦ η καὶ τῷ ο ἀντὶ τοῦ ω· ἔγραφον οὖν τὸ δήμῳ μετὰ τοῦ ι δήμοι· μὴ νοήσαντες δὲ καὶ ὅτι κατὰ τὴν ἀρχαίαν καὶ δεῖ μετατεθῆναι τὸ ο εἰς τὸ ω μέγα ἐτάραξαν τὸ νοητόν.* Adde literas capitales, quibus ipsum codicis Laur. archetypum exaratum erat, deinde vitia ex similitudine pronuntiationis orta (velut *ει* et *ι* saepissime permutantur cfr. O. C. 467,

499, 889, 1066, 1151, 1226, 1414, 1441 (*πεῖθου* p. *πιθοῦ* ut adsolet), 1462, 1605, 1608; *η* et *ι* cfr. ib. 591, 741, 785; *αι* et *ε* cfr. ib. 615, 1294 Phil. 329, 472, 1153; Ai. 44 *βούλημα* p. *βούλευμα*), postremo adnotationem scholiastae ad O. C. 390, ubi libri *εὐνοίας* habent, *ἐν τοῖς ἀναγκαιοτέροις τῶν ἀντιγράφων γρ. εὐσοίας χάριν, ὃ καὶ οἱ ὑπομνηματισάμενοι ἀξιοῦσιν*, et habes quattuor genera, duo permutationis ex simili forma literarum, duo permutationis vel literarum vel potius saepe vocabulorum ex simili pronuntiatione ortae.

a. Permutatio literarum.

O. R. 741 variis coniecturis tentatus est. Neque enim participium *ἔχων* quo pertineat habet nec quisquam, ut Meinekii verbis utar, graece dixit *ἥβη* pro *ἡλικία*. Nimirum *ἥβης* nihil aliud est quam *ἔβη*, ut scribi oporteat: *τίνα δ' ἀκμὴν ἔβη κιχών* (cousecutus cfr. Hesych. *κιγχάνειν· εἰσπράττειν, λαμβάνειν*). Nunc apte respondetur *μέγας χνοάζων ἄρτι λευκανθεὶς* (nisi praeferendum *λευκανθὴς*) *κάρα*. —

Literae *Λ*, *Δ*, *Λ*; *ΛΛ* et *Μ* facillime et saepissime permutantur cfr. Ant. 1342, ubi egregie Kayserus *καὶ θῶ* mutavit in *κλιθῶ*, O. C. 528, ubi Nauckius *ἐπλήσω* optime in *ἐπάσω* emendavit, O. R. 101 *λύοντας* ex *δύοντας* factum, El. 1298 *δεδειγμένηι* super utrumque *δ* a m. aut. *λ* scripto (*λελεγμένῃ*), ib. 1304 *λεξαίμην* pro *δεξαίμην*, Phil. 426 *δύ' αὕτως δείν' ἔλεξας* addito ab diorthota inter scholia *δύ' αὐτὼ δ' ἐξέδειξας* i. e. *δύ' αὖ τώδ' ἐξέδειξας*. Sic *El. 560* conieci *δείξω* pro *λέξω*, quod interea iam Morstadtium occupasse video; argumentationem enim adgreditur Electra. Nescio an *Phil. 507* pro *ἔλεξεν* scribendum sit *ἔδειξεν*, certum est *ib. 559*, ubi La et Flor. *γ* omittunt *γ'* post *ἅπερ*, non inutile *γ'* ex apographis recipi, sed scribi debere *ἅπερ ἐνέδειξας* vel potius *ἅπερ ὑπέδειξας*, nam coepit nauclerus aliquid prodere, perspicue nihil exposuit. —

O. C. 415 ad *μολόντες* desideratur *πάλιν* (*οἱ μολόντες ἐς Θήβας πάλιν* pro *Θήβης πέδον*, in quam corruptelam etiam consuetudo dicendi valuisse potest). *O. R. 1463* verba *ἡμὴ* et *ἄνευ τοῦδ' ἀνδρός* non consentanea sunt. Corrigendum *ἄλλη* (quibus nunquam alia, di-

versa mensa separatim statuebatur sine me). Cfr. O. C. 1266, ubi τἄλλα in τἀμά emendavit Reiskius. —

Simillimae sunt literae Γ et Τ sexcentiesque τὲ et γὲ permutatum est (cfr. O. C. 865 γῆς p. τῆς). *Phil. 533* non neglegi debere adnotationem scholiastae ἀσπασάμενοι τὴν ἑστίαν vidit Bergkius, verum non ipsa vox ἑστία, quae interpretatio alius verbi habeatur oportet, recipienda, sed τὴν ἔσω corrigendum in γῆς ἕδος (ἄοικον εἰς οἴκησιν) cfr. El. 1374 πατρῷα προσκύσανθ' ἕδη. — *O. C. 655* pro ὀκνοῦντ' ἀνάγκῃ requiritur ὀκνεῖν γ' ἀνάγκῃ. — *El. 151* molesta forma ἅτ' mutanda in ἅ γ'. —

Λ, N. Cfr. O. R. 1130 ξυναλλάξας priore λ ex ν facto, Phil. 1100, ubi Hermannus ἑλεῖν emendavit in αἰνεῖν. *Ant. 326* τὰ δεινὰ κέρδη, in schol. adn. γρ. τὰ δειλά. Fuit τἄδηλα κέρδη (cfr. 309 sq.). Idem *Phil. 502* restitutum velim (ὡς πάντ' ἄδηλα p. ὡς πάντα δεινά), quod iam Bergkium et Badhamum (ed. Eur. Iph. T. ad v. 461, p. 16) voluisse video. — Nescio an hoc modo molestissimus versus *O. C. 658* sanari possit. Schneidewinus coniecit πολλοὶ δὲ πολλοῖς πολλὰ δή, praetulerim πολλοὶ δὲ πολλὰ πολλάκις, sed in δ' ἀπειλαί videtur latere δὲ δεινοί (πολλοὶ δὲ δεινοὶ πολλὰ δὴ μάτην ἔπη —), ut habeas vocem rei accommodatam cfr. Phil. 457 κἀποφθίνει τὰ χρηστὰ χὠ δεινὸς κρατεῖ cum M. Seyfferti adnot. et 440 γλώσσῃ δὲ δεινοῦ καὶ σοφοῦ. — *O. R. 1267* δὲ ferri non posse in apodosi post tam pauca verba praegressa Dindorfius monuit. Quod idem coniecit δεινὰ δὴ τἀνθένδ' ὁρᾶν intellecto ἦν non magis ferri potest. Scribendum δείλαι' ἦν (τἀνθένθ' ὁρᾶν); in δείλαιος corripi saepe diphthongum αι, ut οι in ποιεῖν, τοιοῦτος, constat. Dindorfius (ad El. 849) censet tum scripsisse veteres δείλαος (ποεῖν in cod. Laur., cum corripitur prima, scribi solet). De δείλαιος, miserandus cfr. El. 758, O. C. 513. — *El. 1413* πόλις molestum est, quia civitatem nunc quid chorus appellet, non perspicitur nec quidquam ille de ea dicit (cfr. σὲ φθίνει); πόλις corruptum ex πόνοι; cum ὦ πόνοι, ὦ γενεὰ τάλαινα κτὲ cfr. exclamationem Creontis Ant. 1276, φεῦ φεῦ, ὦ πόνοι βροτῶν δύσπονοι et chori Phil. 177 ὦ πάλαμαι θεῶν (sic Lachmannus emendavit pro θνητῶν), ὦ δύστανα γένη βροτῶν, οἷς κτέ. —

Λ, M. Cfr. Phil. 343 ποικιλοστόλῳ altero λ ex μ facto. *O. C. 1021* ἡμῶν falsum est. Comparatus Ant. v. 1107 δρᾶ νυν

τάδ' ἐλθὼν μηδ' ἐπ' ἄλλοισιν τρέπε docet, unde ortum sit *ἡμῶν*: *τὰς παῖδας, ἐλθὼν αὐτὸς ἐκδείξῃς ἐμοί*, in quo etiam ultro ex consuetudine quadam loquendi librarius aliquis lapsus esse potest. —

Λ, Γ. O. R. 1361 *ὁμογενής* a Meinekio emendatum est in *ὁμολεχής*. *Trach. 717* pro *μέλας* scribendum *μιγάς*; nam non *μέλας*, sed *μιγάς* ex analogia adiectivi *πλέως* cum genetivo coniungi potest et hoc dicit Deianira, sanguinem Nessi infectum fuisse illo viro, quod telum venenatum in vulnere reliquerit. Iam loco sanato totum Nauckii tentamen omittere licet. —

M, K. Cfr. Ai. 794 *μ'* ex *κ'* factum; saepe praefixum *ἐκ* et *ἐμ* permutatum est in La. *O. R. 37* *ὑφ' ἡμῶν* merito suspectum habet Herwerdenus; nam si Thebani habuissent, quod docerent, ipsi eo usi essent. Ut est ib. 396 *ἀλλ' ἐγὼ μολών, ὁ μηδὲν εἰδὼς Οἰδίπους*, ita hic dici videtur: *καὶ ταῦτ' ἐφήκων οὐδὲν ἐξειδὼς πλέον*, nisi praeferas, *μ* depravatum ex *λλ* ratus, *καὶ ταῦτ' ὑπ' ἄλλων*. *O. C. 1003* nullo modo *καλόν*, sed *μέλον* (cfr. ib. 653) requiritur vel *μέλει*, nam clausula proximi versus *καλῶς* in corrumpendum illud vocabulum valuisse videtur. Haud secus *ib. 771* *φίλον* videtur ortum ex *μέλον*.— *Phil. 228* libri habent *κἄφιλον καλούμενον*, quod nequaquam probari potest. M. Seyfferti coniectura *καὶ φίλων τηιώμενον* — nam ceterae futiles sunt — sententiae quidem accommodata est, a literis vero longe abest. Similes loci Trach. 299 *δυσπότμους ἐπὶ ξένης χώρας ἀοίκους ἀπάτοράς τ' ἀλωμένας*, O. R. 1506 *πτωχὰς, ἀνάνδρους, [ἀστεγεῖς] ἀλωμένας*, O. C. 349 *ἄσιτος νηλίπους τ' ἀλωμένη*, 454 *φυγάς σφιν ἔξω πτωχὸς ἠλώμην ἐγώ*, 1363 *ἐκ σέθεν ἀλώμενος* cfr. ib. 1685 sqq., hi loci docent, etiam in *καλούμενον* latere *ἀλώμενον*. Non mihi placet *κἀλώμενον* i. e. *καὶ ἀλώμενον*, quod quidem proxime abest a literis, sed praefero *μ' ἀλώμενον* pronomine *με* repetito ante *φωνήσατε*. — *Ai. 806* molestissimum est *κακήν* nec magis probatur *ἔξοδον ζητεῖν*. Quare corrigendum videtur *λαβεῖν* cfr. O. R. 266 *ζητῶν τὸν αὐτόχειρα τοῦ φόνου λαβεῖν*. —

M, Π. Saepissime permutantur *παθεῖν* et *μαθεῖν* (velut O. C. 229, El. 1029, Phil. 999); cfr. O. C. 1234 *κατάπεμπτον* p. *κατάμεμπτον* (item 1695), O. R. 337 *ἐπέμψω* p. *ἐμέμψω*, Ant. 863 *πατρῶιαι* p. *ματρῷαι*, 980 *πατρὸς* p. *ματρός*. *Ai. 890* quum vix liceat *ἀμενηνόν* interpretari „fugacem, vagum", quod habeat aptum sensum,

corruptum videtur ἀμενηνόν idque ex eo vocabulo, quod huic loco accommodatissimum est: (α)ποθεινόν (ἀλλὰ ποθεινόν), „virum desideratum", cfr. El. 1104 Phil. 1445 Eur. Cycl. 621 Iph. Taur. 515. — *Trach. 1019 sq.* „verba desperata". Pro δι' ἐμοῦ scribo διέπειν, quo restituto et σωκεῖν cum Meinekio pro σώζειν scripto locum sanum puto (cfr. Suid. s. v. σωκῶ· ἀντὶ τοῦ ἰσχύω· οἱ δὲ νεώτεροι ἀντὶ τοῦ σώζω; hinc igitur corruptela). Senex qui totus in eo est, ut Herculem molliat, foveat, componat — huc spectat τοὔργον τόδε, ut recte se habeat ἀνήκει nec causa sit hos versus cum Nauckio transponendi —, Hyllum ut succurrat sibi advocat (σὺ δὲ σύλλαβε, ψαύω μὲν ἔγωγε) et quod ei ut filio non primas, sed secundas partes (σύλλαβε) tribuat, excusat verbis σοί γε — nam τε ferri non potest et γὲ hic requiri post ea quae exposuimus certum esse debet — γὰρ ὄμμα ἔμπλεον ἢ διέπειν σωκεῖν, „nam tibi quidem oculus lacrimis impletus i. e. perturbatior est quam ut ipse rem administrare possis". — *Ant. 614* librorum scriptura πάμπολις vitiosa est. Varia huius loci tentamina conlegit Bonitzius (Symb. I append. p. 66). Quotquot factae sunt coniecturae, in nulla earum equidem sani quidquam invenire possum. Requiritur autem vocabulum, quod noxam significat; conicio πλημμελές, ut sensus sit οὐδὲν πλημμέλημα ἄνατον μένει.

Non in μ, sed in λλ corruptum est π *O. R. 7*, ubi ἄλλων falsum esse docuit Meinekius Anal. Soph. ad h. l. (p. 219). Quod idem coniecit ἐμῶν, id hoc versus loco molestum est. Si corrigis ἀπών, habes concinne contraria haec: παρ' ἀγγέλων — αὐτός, ἀπών — ὧδ' ἐλήλυθα. —

Ut supra vidimus κατάμεμπτον et κατάπεμπτον permutata, ita πέμποντες et κλέπτοντες permutata sunt *Phil. 1266*, nam quem non offendit locutio πέμπειν κακά? Longe aliter se habent locutiones ὕπνον πέμπειν, ἀλκὰν πέμπειν vel λιτάς, φθέγμα, φάμαν, ὀνείρατα πέμπειν. Unice vero κλέπτειν animo Philoctetae convenit, qui nihil nisi fraudem exspectare potest. Cfr. Ai. 1137 πόλλ' ἂν καλῶς λάθρα σὺ κλέψειας κακά. Cfr. El. 888, ubi La κλέψασα habet pro βλέψασα. —

M, T. Cfr. Trach. 948 τέλεα p. μέλεα, Ai. 427 πρόκειμαι μ in litura literae, ut videtur, τ; πρόκειται in pluribus apographis.

Sed magis vocabula ipsa, quam literae, permutata sunt. *O. R. 478* La habet „πετραῖος litera quae super o scripta erat erasa; fuit haud dubie ω“ de Duebneri, „πετραῖος ὁ ταῦρος m. pr. Mutavit ὁ in ὡς m. rec.“ de G. Wolffii relatione. Quid taurus hic velit, quum molestum sit πέτρας ἅτε corrigere, vel quid simile taurus cum ignoto illo homine habeat, parum perspicuum est. Ni fallor, corrigendum πετραῖος, ἀμαυρὸς (i. e. σκοτεινός) μέλεος κτέ (ἀμαυρὸς φώς O. C. 1018). — *O. C. 588* cfr. Nauckii adnotationem. Ex v. sq. efficitur, et ἐγγενῶν pro ἐκγόνων de Hartungii coniectura et ἢ τοῦ (pro ἢ 'μοῦ) i. e. τίνος λέγεις scribi oportere; nam post ἢ τοῦ demum apte infertur et ad priorem interrogationem refertur κεῖνοι. —

N, *Y*. O. C. 1418 ἂν ex αὖ correxit Vauvillersius, Phil. 572 Dobraeus; 1482 σοῦ τύχοιμι ex συντύχοιμι Cobetus; cfr. Ai. 451 ἐπευθύνοντ' corr. in ἐπεντύνοντ'. — *O. C. 1013* ἀνδρῶν falsum est, nam si deae auxilium Oedipo laturae sunt, nihil inde de oppidanorum virtute iudicari potest. Itaque ἀνδρῶν (sive ἀνῶν) abiisse credo ex αὐτῶν: οἵων ὑπ' αὐτῶν (scil. τῶν θεῶν) ἥδε φρουρεῖται πόλις, „quales illae praesides sint huius urbis quam tu violavisti“ (v. 1008). —

O, *E*. Ant. 600 ὃ τέτατο pro ἐτέτατο restituit Dindorfius. O. C. 989 ἐμφερεῖς p. ἐμφορεῖς, 647 λόγοις p. λέγοις cfr. 251, ubi λέχος pro λόγος Reiskius emendavit. *Ai. 1141* altercandi ratio post ἕν σοι φράσω argumento est pro molesto τοῦτον scribendum esse τοῦθ' ἕν. — *O. R. 180* ἀνοίκτως post νηλέα tautologiam esse vidit scholiasta; corrigendum ἀεικῶς (turpiter, foede); αἰκῶς El. 102 depravatum in ἀδίκως, ib. 206 libri αἰκεῖς pro αἰκεῖς, 216 ἀεικῶς pro αἰκῶς habent. Cfr. Hesych. ἀεικῶς· ἀπρεπῶς· χαλεπῶς. — *O. C. 570* in libris legitur βραχέ' ἐμοὶ δεῖσθαι φράσαι. Pausaniae loco (4, 29, 2) defendere dativum non licet. Sine dubio legendum βραχέ' ἔμ' ἐνδεῖσθαι φράσαι. — *Trach. 188* βουθερεῖ sana ratione a θέρος duci non potest; alii enim scholiastae interpretationem ὑπὸ βοῶν θεριζομένῳ τοῖς ὀδοῦσι, τουτέστι βοῦς τρέφοντι, alii Hesychii βουθερεῖ· ἐν ᾧ βόες θέρους ὥρᾳ νέμονται· καὶ βουθόρῳ τὸ αὐτό probant. Quod autem Hesychius addit βουθόρῳ, id maxime aptum et recipiendum duco, dummodo etymon verbi non θέρος, sed quod unum licet, θόρω statuas, ut βουθόρῳ λειμῶνι plane eadem ratione dictum sit, qua Ai. 144 ἱππομανῆ λειμῶνα (ἐφ' ᾧ οἱ ἵπποι μαίνονται

cfr. Lobeck. adnot.). — *Phil. 1140* una mihi videtur sana verborum interpretatio esse haec: Viri est quod iniustum est (iniuriam sibi inlatam) reprehendere, non reprehensioni invidiosa et mordacia maledicta addere. Itaque εὖ corrigendum in οὐ. — *Trach. 623* Wunderus recte pro ὧν ἔχεις, quod propter ὡς ἔχει in superiore v. corruptum est, ὧν λέγεις scripsit; praeterea pro λόγων scribendum est λέγων, ut Lichas et manuum (φέρων) et linguae (λέγων) operam praestet. — *Ant. 1203* futile est οἰκείας, quod interpretantur „domesticae, patriae terrae“, quasi etiam de peregrina humo cogitari possit. Quantum discrepat Ai. 859, ex quo intellegis quid sit γῆς οἰκείας! Qui ex nuntii narratione cognoverit omnia trepide agi, desiderabit notionem τῆς τυχούσης χθονός, quae inest in εἰκαίας χθονός cfr. Hesych. εἰκεῆς (Mus. εἰκαίης) τυχούσης. — Aeque *Ai. 919* verbis ἀπ' οἰκείας σφαγῆς Tecmessa nihil novi vel speciosi dicit, multum dicit verbis ἀπ' εἰκαίας σφαγῆς, i. e. ματαίας, ἀνωφελοῦς cfr. Hesych. εἰκαῖον· ἀνωφελές, μάταιον, ἀργόν, μωρόν. —

Π, Γ. Ant. 790 Nauckius ἐπ' emendavit in σέ γ', Trach. 900 παρῆλδε Schaeferus in γὰρ ἦλθε, O. C. 1016 ἐξηρπασμένοι F. Gu. Schmidtius in ἐξειργασμένοι. — Fragm. 742 a Plutarcho tribus locis adfertur, duobus est εὐπρεπὴς χαλκός, uno εὐγενὴς χαλκός, quod satis argumenti est, in *fragm. 713*, quod in Plut. vit. Dem. c. 45 p. 911 exstat, in v. septimo pro εὐγενεστάτη corrigendum esse εὐπρεπεστάτη, nam hoc, non illud de luna plena apte dicitur. *Ai. 524* non γίγνεσθαι, sed εἶναι sensui accommodatum est. Quamobrem πέλοιτ' ἔθ' vel potius πέλοι ποθ' scripserim pro γένοιτ' ἔθ'. —

Π, Κ. Phil. 79 καί in παῖ emendavit Erfurdtius. Eodem modo *O. C. 1055* amoveri debet καί, quod sive ‚etiam' sive aliter interpreteris ferri non potest: Θησέα παῖδας διστόλους, ἀδμῆτας ἀδελφάς. Sic opiniones vanae de glossematis in inritum cadunt. — *Phil. 313* κακοῖσι probari mihi non potest, quia λιμός item κακόν et ea causa quae inprimis praeter famem morbo pedis materiam dedit, omissa est: mutandum κακοῖσι in κόποισι (variis fatigationibus ut victus parandi, ligni comportandi cfr. φόβοισι Ai. 331). — *Ant. 594* sanavisse sibi videtur M. Seyffertus, cum scribit δόμων pro οἴκων scilicet ex glossemate orto; non vident interpretes verba ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων nihil habere, unde pendeant. Nauckius vitiis monstratis

prudenter iis quae ipse invenit, probabilitatem non adfectat. Necessitate quadam pro *οἴκων* requiritur *σκοπῶν*: *ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν σκοπῶν, ὁρῶμαι* ,video mala malis eorum qui antea fuere accedentia', ut latine dicam, quia quid in *φθιμένων* lateat, *φθιτῶν* (vel *φθίτων* cfr. Dind.) an aliud quid, nescio; *ἐκφύντων*, quod M. Seyffertus suspicatus est, non latere scio. —

Π, *T.* O. C. 179 *ἐτίβαινε* (corr. *ἔτι βαῖνε*) pro *ἐπίβαινε*, O. R. 724 *ἐντρέπου τ* ex *π* facto; Ant. 249 *που* p. *του;* 786 *πατρονόμοις* p. *τ' ἀγρονόμοις*. Nescio an *O. R. 287*, quamquam saepius Sophocles praeter exspectationem activa et media permutat, tamen iure Meinekius hoc loco medium *ἐπραξάμην* incommodum esse dixerit et scribendum sit, quum Meinekii coniectura *ἐπράξαμεν* parum placeat, *ἐταξάμην* (mihi in rebus omittendis posui). Accedit, quod *πράττειν ἐν ἀργοῖς* prope contradictionem quam dicunt in adiecto continet. — *Ant. 622* pro *δοκεῖν ποτ' ἐσθλὸν* sensu requiri arbitror *δοκεῖν τότ' ἐσθλόν*, nam enuntiatum *ὅτῳ φρένας θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν* temporis notationem continet, ad quam pertinet illut *τότε*. —

Φ, *K.* Egregie Bonitzius Ant. 414 *ἀφειδήσοι* emendavit in *ἀκηδήσοι;* in schol. Ai. 204 *κηδόμενοι* in *φειδόμενοι* abiisse monet Nauckius. *El. 888* ipse cogitavi de *ἀνηφαίστῳ* (pro *ἀνηκέστῳ*), quod iam Bergkium suspicatum esse video. — *Phil. 190 ὑπόκειται* varie tentatum est et habet aliquantum molesti neque a scholiasta (*πρὸς τὸν ὀδυρμὸν ἀντιφθέγγεται*) lectum esse videtur. Nauckius cum Schneidewino de Pflugkii coniectura recepit *οἰμωγὰς ὑποκλαίει*, quae coniectura sane ceteris praestat. Equidem nescio an Sophocles suo speciosoque more dixerit *ἀχὼ — πικρᾶς οἰμωγᾶς ὑποφῆτις* (i. e. *ὑποκρίνεται*). — *El. 980* eodem modo quo Ant. l. l. *ἀφειδήσαντε* ex *ἀκηδήσαντε* corruptum videtur. — Similiter vocabulum *ἀκηδής* obscuratum est *Trach. 911.* Transposuerunt, deleverunt hunc versum, omnibus modis tentaverunt. Hoc constat pluralem *τὰς οὐσίας* ferri non posse et ineptum esse attributum *ἄπαιδας*. Sapere aude et scribere *καὶ τῆς ἀκηδοῦς ἐς τὸ λοιπὸν οὐσίας*. Summa natura veritateque materfamilias moritura et suam et rei familiaris cura sua diligentiaque cariturae sortem commiseratur. De corruptela cfr., quod supra adtulimus, *παῖ* et *καί* permutata. De *ἀκηδής*, neglectus, cfr. Od. *ζ*, 26; *υ*, 130; Hesych. *ἀκηδεῖς· ἀφροντίστους, ἀμελεῖς*. —

Φ, *Θ* permutata esse *Ant. 600* ipse conieci idemque iam Morstadtium et ante Morstadtium Kockium coniecisse postea vidi. Nam *φάος*, quod habent libri pro *θάλος*, non magis ad rem adtinet, quam *κόνις*, quod ib. 602 in libris legitur pro *κοπίς*. Cfr. Ant. 40 *ἢ θάπτουσα* pro *ἢ 'φάπτουσα*. —

Σ, *Ξ*. El. 1128 *εἰσέπεμπον* p. *ἐξέπεμπον*, cfr. ib. 1396 *ἐξάγει* *σ* super *ξ* a diorthota scripto; Ai. 656 *ἐξαλεύσωμαι* La, *ἐξαλύξωμαι* Hesychius. In *O. R. 579* *ἄρχεις δ' ἐκείνῃ ταὐτὰ γῆς ἴσον νέμων* ineptum est *γῆς*, sana ratio postulat *ταὐτὸν ἐξ ἴσου νέμων*. — *Ib. 894* pro *ἔρξεται*, pro quo vulgo de Musgravii coniectura recipitur *εὔξεται*, scripserim *εἴσεται*. Cfr. frgm. 280 *Τὸν Ἅιδαν γὰρ οὐδὲ γῆρας οἶδε φιλεῖν*. — Similiter *Phil. 1032* pro *εὔξεσθ'* *εἴσεσθ'* restituendum puto, nam futuro opus est, ut Piersoni coniectura *ἔξεσθ'* vitiosa videatur. — *Ant. 362* *ἐπάξεται* procul dubio (cfr. M. Seyfferti adnotat.) corruptum est. Scribendum vel *οὐχὶ πάσεται* (cfr. Aesch. Eum. 177) vel *οὐ πεπάσεται*, quod futurum adferunt lexica ex Pempelo apud Stob. flor. 79, 52 cfr. Aesch. Ag. 835. Sed vide ne aoristo magis sit locus quam futuro, id quod scholiastae adnotatione vel maxime commendatur. Nam qui interpretatus est *θανάτου μόνου οὐχ εὗρεν ἴαμα*, nihil aliud legisse videtur quam *Ἅιδα μόνον φεῦξιν οὐκ ἐπάσατο* (*ἐπάσω* pro *ἐπλήσω* restituit Nauck. O. C. 528; cfr. Aesch. frgm. 199). —

b. Vitia ex similitudine pronuntiationis orta.

Supra vidimus saepissime *η* et *ι* permutari. *Ai. 402* libri habent *ὀλέθριον αἰκίζει*, quod metro postulante Dindorfius correxit *ὀλέθρι' αἰκίζει*. Quod autem Bergkius adtulit ex Etym. Vindob. ined. *κήδω ἐνεργητικῶς τὸ λυπῶ· Σοφοκλῆς· ἀλλά με κήδει Διὸς ἀλκίμα θυγάτηρ· παθητικῶς δὲ κήδομαι τὸ φροντίζω*, id nullo modo neglegi debet. Num igitur putabimus *αἰκίζει* ex glossemate ortum? Immo *αἶ*, *κήδει* depravatum est in *αἰκίζει* cfr. Hesych. *κήδει· λυπεῖ; κήδειν· κακοποιεῖν, ἀνιᾶν; κήδων· ἀνιῶν, κακοποιῶν*. — Similiter Nauckius *El. 1394* coniecit *νεακόνητον, αἶ, μάχαιραν φέρων*. Sic tandem in locum vexatissimum aliquid boni sanique conlatum est. Ceterum pro *ἔχων* non *φέρων* de Heimsoethii coniectura, sed *στέγων*

scripserim, quo restituto nescio an praeferendum sit: νεακόνητον εὖ μάχαιραν στέγων, nam δολιόπους παράγεται ἀρωγός. — *Ib. 1114* pro κομίζομεν propter φέροντες exspectas (προσίκομεν i. e.) προσήκομεν. —

Permutari saepe in libris manuscriptis constat καινός, κλεινός, κοινός, κεῖνος, κενός (El. 681 libri habent κλεινὸν Ἑλλάδος, Thom. Mag. κοινόν; recte videtur Schneidewinus non hic, sed v. 694 κλεινὸν Ἑλλάδος in κοινὸν Ἑλλάδος mutasse, quum hoc altero loco recordationem prioris loci valuisse probabile sit; κεῖνον p. κενόν Trach. 495; cfr. Nauck. ad ib. 613); αἴσχιστος et ἔχθιστος (saepissime in Euripidis libris, semel quantum sciam in Sophoclis Phil. 1284; cfr. Ai. 658 ἔχθιστον ε ex αι facto, ib. 1059, ubi libri Tricliniani ἐχθίστῳ, O. R. 1519, ubi Ald. αἴχθιστος, cod. Cantabrig. αἴσχιστος habet); ἀσιός, αὐτός (O. C. 928, 1501, cfr. O. R. 222); καθαιρεῖν, καθευρεῖν (Ant. 395 καθευρέθη pro καθῃρέθη cfr. 406 La εὑρέθη superscr. a pr. m. η); τρέφουσαν pro φέρουσαν Trach. 108 Casaubonus emendavit (τρέφοντι pro φέροντι probabiliter conicit Blaydesius O. R. 863).

Magnos mihi scrupulos incutit attributum κοινόν *Ant. v. 1.* Aliud enim est κοινόν αἷμα, κοινὸς πατήρ, κοινοὶ παῖδες, κοινὴ ὠδίς, κοινὸν σπλάγχνον — hic revera aliquid commune est —, aliud κοινὸν κάρα, nam caput αὐταδελφόν quidem est, commune non est. Unus locus contra hanc sententiam adferri possit *O. C. 535* κοιναί γε πατρὸς ἀδελφαί, sed hoc loco etiam magis exploratum est, falsum esse κοιναί, nam genetivus πατρὸς requirit pronomen ἐμαί, id quod metro comprobatur. Quamquam igitur iam scholiasta Ant. l. l. legit κοινόν, tamen ratio videtur exigere κλεινόν (cfr. Ellendt. lex. s. h. v. et O. R. 8 ὁ πᾶσι κλεινὸς Οἰδίπους καλούμενος, ib. 1207 ἰὼ κλεινὸν Οἰδίπου κάρα, 1235 θεῖον Ἰσμήνης κάρα, El. 1170 ἢ σὸν τὸ κλεινὸν εἶδος Ἠλέκτρας τόδε, Eur. Phoen. 88 ὦ κλεινὸν οἴκοις Ἀντιγόνη θάλος πατρί; etiam *O. C. 321* pro ἐστὶ δῆλον Ἰσμήνης κάρα non cum Dindorfio ἔστ' ἀδελφόν, sed ἐστὶ κλεινὸν scripserim). —

El. 278 ipse conieceram ex Eur. Alc. 27 φρουροῦσ', cum vidi Nauckium idem sensisse. — *Trach. 1178* non accommodatum est verbum ἐξευρόντα, nam Hyllus non ἐξευρίσκει illam legem, sed cultu extollit; quamobrem scribere malim κάλλιστον ἐξαίροντα („hoch haltend"). — *O. R. 120* dubito an interpretatio verbi ἐξεύροι · ἀντὶ τοῦ μηχανὴν δοίη

in Sophoclis dicendi genus non cadat, proponoque *ἐκφέροι*, ducat, cfr. Ai. 7 *εὖ δέ σ᾽ ἐκφέρει κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις*. —

c. Permutatio vocabulorum.

In compluribus iam, quae adtulimus, permutationis exemplis etsi singulae literae permutatae videbantur, tamen tacite sentiebamus non tam in literis ipsis, quam in communi universaque vocabuli similitudine lapsos esse oculos librariorum, ut non multum referret num formae illarum literarum similes essent necne. Ex hac igitur vel speciei vel pronuntiationis similitudine vocabulorum universa multa scripturae menda repetenda esse ratio et usus docet, cum librarii vel in ipso adspectu vocabulorum errarent vel inter adspectum et transcriptionem cuiusque vocabuli memoria laberentur. Permutata autem sunt, ut alia id genus adferam, illo modo haec: O. R. 48 *προθυμία*, *προμηθία* (cfr. El. 990), 397 *εἰδώς*, *οὐδείς*; 631 *κειρίαν*, *καιρίαν*; 920 *κατάργμασι*, *κατεύγμασι*; El. 1175 *γλώσσης*, *γνώμης*; 1275 *πολύστον(ον)*, *πολύπονον*; Ant. 140 *δεξιόχειρος*, *δεξιόσειρος*; 235 *πεπραγμένος*, *δεδραγμένος*, O. C. 421 *πεπραγμένην*, *πεπρωμένην*; 432 *κατήνυσεν*, *κατήνεσεν*. O. R. 541 *πλήθους*, *πλούτου*; O. C. 1562 *ἐκτανύσαι*, *ἐξανύσαι*; 1337 *ἐξειληφότες*, *ἐξειληχότες*; saepius *λαχεῖν*, *λαβεῖν*; *λαγχάνειν*, *τυγχάνειν*; *ἄστροις*, *ἄντροις* frgm. 571 (*ἄντροις* correxit Bergkius); *ὀλολυζομένη* pro *ἀλαλαζομένη* frgm. 479 correxit Ellendtius; *θεῶν* p. *θνητῶν* Phil. 176 correxit Lachmannus (frg. 499, 3 Meinekius pro *θεῶν νέμων* probabiliter coniecit *βροτῶν γέμων*); *δ*, *τ*, *θ* El. 1029 (*τότε*, *τόδε*), O. C. 1105 (*τόδε*, *δότε*), 1007 (*τοῦδ᾽*, *τοῦθ᾽*), Trach. 869 (*ἀήδης*, *ἀήθης*); *γ*, *χ*, *κ* El. 1028 (*γῶταν*, *χὤταν*), 1217 (*οὐγ᾽*, *οὐκ*), O. R. 472 (*χεῖρες*, *κῆρες*); 1061 (*ἔχω*, *ἐγώ*); *ἔχω* pro *ἐγώ* scribendum videtur *frgm. 352: Ταχὺ δ᾽ αὐτὸ δείξει τοὔργον, ὡς ἔχω, σαφῶς*; probabiliter Heimsoethius O. R. 583 *ἔχω* pro *ἐγώ* suspicatus est. Similiter *Ant. 300 ἄγειν* (*πανουργίας ἄγειν*) pro *ἔχειν* pro *ἔχειν* corrigendum arbitror; cfr. *γέλωτα ἄγειν* Ai. 382. — O. R. 17 *στένοντες* pro *σθένοντες* La (Eur. Andr. 672 *στένει* recte Dobraeus pro *σθένει*); *El. 1415* nulla causa est cur Electra dubitet, an Orestes alterius plagae facultatem non habeat, neque accommodata est adfectui Electrae Ellendtii interpretatio „si abs te impetras". Accommodatissimum autem est praesenti Electrae adfectui

ingenioque si scribitur: εἰ στένει („wenn sie noch seufzt — praecedit ὤμοι πέπληγμαι —, triff sie noch einmal"). — *Ant. 856* nescio an aptius sit ὄτλον quam ἆθλον. — *O. R. 1341* libri habent ὀλέθριον μέγαν, Turnebus ὄλεθρον correxit, quod vulgo recipitur; sed aliud subesse videtur, superlativus adiectivi ut καταρότατον et ἐχθρότατον et adiectivum quod accommodatius est quam ὄλεθρος: τὸν ἀλιτρώτατον (de forma superlativi cfr. Eur. Phoen. 1345 βαρυποτμωτάτας, quo dochmius efficitur). — *O. C. 1371* pro ὡς αὐτίκ', εἴπερ οἴδε sensu requiritur ὡς αὐτίκ', εἰ πάροιθε. — *O. R. 905* vocabulorum ἀθάνατον αἰέν non solum alterum inutile est, sed etiam ex ea ratione, qua ἀεί cum adiectivis coniungi solet („allzeit unsterblich") notio particulae ἀεί abhorret ab notione vocabuli ἀθάνατον. Mutandum ἀθάνατον in ἀδάματον, cfr. *Ant. 604* τεάν, Ζεῦ, δύνασιν τίς ἀνδρῶν ὑπερβασία κατάσχοι, quo loco nescio an pro τεάν scribendum sit σὰν ἄν, qua conlocatione particulae ἄν gravitas pronominis σάν augetur. — *O. R. 217* Nauckius verba τῇ νόσῳ θ' ὑπηρετεῖν iustis causis impugnavit; eiusdem coniectura τῷ θεῷ θ' ὑπερετεῖν etsi speciosa, tamen propterea parum probabilis est, quia aliud et literis propius et sensui accommodatius suppetit, dico κλύων δέχεσθαι δὴ τὸ σόν θ' ὑπηρετεῖν. — *Phil. 1153* pro ὅδε malim ὅτε, ut complexio sententiarum haec sit: φυγᾷ μηκέτ' — sic enim forma πελᾶτε pro imper. praes. accepta (cfr. O. C. 1060) pro μ' οὐκέτ' mutandum videtur, ut aptus evadat sensus — ἀπ' αὐλίων πελᾶτ' — οὐ γὰρ ἔχω κτέ — ἀλλ' ἀνέδην, ὅτε χῶρος ἐρύκεται κτέ, ἕρπετε. Nunc opposita sunt φυγᾷ πελᾶν et ἀνέδην ἕρπειν; χῶρος ἐρύκεται οὐκέτι φοβητὸς ὑμῖν autem est „in eo qui arcet a vobis hunc locum, nihil iam periculi vobis superest". —

Maxime minora vocabula permutationi librariorum obnoxia fuerunt cfr. O. C. 587 οὖν, οὐκ; 1220 οὐδ', ὁ δ' (El. 168 ὧδε, ὁ δέ); 1566 σε, σφε, 1578 τίν', τόν; 1678 εἰ, ἐν; 1709 ἀεί, ἀνά; Trach. 672 ἄν, ἐν; 700 ἐκ, ἄν; El. 1024 γ' οὖν, νοῦν; 1469 τέ, τοί; 1506 γέ, τί; sexcenties γέ, τέ, δέ; οὔτε, οὐδέ; μήτε, μηδέ. — *O. C. 721* pro νῦν σοὶ conicio ἐν σοί, nam νῦν, quum sequatur δή, necessarium non est (cfr. Phil. 1165, quem locum similiter ὅτι σοὶ in ἐπὶ σοὶ mutato M. Seyffertus sanavit). Ceterum tacere non possum, me etiam suspicatum esse νῦν σὸν τὰ λαμπρὰ ταῦτ' ἀληθεύειν ἔπη. — *Ib. 1574* ἵν' corrigere

velim ex ὄν, nam ὄν falsum esse vidit Nauckius. — *Ib. 1699* pro καὶ τὸν scribi debet καί νιν. — *Ant. 1236* pro ἐς δ' corrigendum videtur ἐν δ'. — *Phil. 572* pro ἂν propter αὐτός conieci οὖν, quod iam Dissenum suspicatum esse postmodum inveni. — *Ib. 842* ἔστ' molestum fit conlocatione; fuisse arbitror εἶτ' (ἀιελῇ). — *Ib. 1246* τῶν corruptum videtur ex σῶν (cfr. ib. 1251), *Ant. 151* τῶν factum esse puto ex χρεών monosyllabo (χρή coniecit Nauckius). — *Phil. 1254,* ut 842 ἔστι ex εἶτα, ita ἔστω ex ἴτω (τὸ μέλλον) abiisse puto cfr. ib. 120, Ant. 1329. — *Ib. 436* pro τοῦτ' necessarium videtur ταῦτ', nam idem est quod ἅπαντα ταῦτα ἐν σμικρῷ λόγῳ ἐκδιδάξω (omnia singula uno verbo universe comprehendam"). — *O. C. 453* τάτ' ἐξ Heathius correxit in τε τἀξ, quod merito improbavit Meinekius, Dindorfius. Oppositi τῆσδε μαντεῖα ἀκούω ratio docet, scribi oportere συννοῶν τε κἀξ ἐμοῦ, i. e. ex mea ipse memoria oracula repetens. — *Ib. 1036* difficillimus locus ita expediri videtur, ut ὤν mutetur in ὄντ' i. e. ἐνθάδε ὄντα (με) οὐδὲν ἐρεῖς μεμπτὸν ἐμοί „quod vindicare mihi liceat". — *Phil. 1385* σοί που ortum existimo ex σοὶ 'γώ cfr. 1389. — *O. C. 79* in La σοι superscripto a m. pr., ut videri potest, sed atramento alio γε; neutrum rectum et σοι ex τοι factum videtur (cfr. v. sq.). —

Verba quaedam cum aliis saepe commutantur, quia librariis ex usu loquendi in promptu sunt, ut κακός. *O. R. 1423* quidem κακῶν ex λόγων corruptum videtur, *Ant. 414* κακοῖσιν ex νείκασιν (cfr. Aesch. Ag. 1378); *El. 382* κακά ex τὰ σά. — *O. C. 749* ἥδε vitiosum est propter τήν; fuit sine dubio ὧδε; *El. 92* ἤδη interpretantur cum Hermanno „erst" (vero), id quod a particula ἤδη abhorret. Ne tibi imponat interpretatio „demum". Corruptum ἤδη ex ἔνδον, quod oppositum est φάει ἁγνῷ (86). In *v. sequ.* autem non οἴκων exspectatur, sed λέκτρων cfr. Schneidew. adnot. ad ib. 1292. — *Ant. 6* ἐγώ inutile est, utilissimum ἤδη. — *O. R. 297* pro ἔστιν requiritur εἶσιν cfr. Phil. 1199, El. 475 (frgm. 813 εἶσιν pro ἔστιν emendavit Bekkerus). — *O. C. 524* ἐς (ἀλλ' ἐς τί;) ratione caret; corrigendum ἀλλ' ὡς τί; — *Ib. 104* rectum sensum aperuit scholiasta εἰ μὴ δοκῶ ὑμῖν ἐλαττόνως ἔχειν τὰ κακὰ καὶ δεῖσθαι προσθήκης αὐτῶν. Enimvero μειόνως depravatum ex μεῖον' ὧδ' ἔχειν; ὧδε verbis insequentibus definitur, ut in v. O. C. 749 supra correcto. — *Phil. 701*

ex scholiastae adnotatione haec lectio restituenda videtur: εἷρπε (de Bothii coniectura pro ἕρπει) δ' ἄλλοτ' ἄλλον ὧδ' (= 686 ὤλλυθ' ὧδ' ἀναξίως) ἂν εἰλυόμενος (= 687 τὸ δ' αὖ θαῦμά μ' ἔχει; libri τόδε θαῦμ' ἔχει με; Erfurdtius τόδε δὴ θαῦμά μ' ἔχει, Hermannus τόδε δ' αὖ θαῦμά μ' ἔχει) — ὑπάρχοι, πόρον. — *O. R. 329* facillima emendatio loci vexatissimi videtur τἄμ' ὧδ' („sic temere") ἀνείπω; libri habent τἄμ' ὡς ἂν εἴπω; ἀνείπω pro ἂν εἴπω iam Arndtius coniecit. — *Ib. 1114* ὥσπερ falsum esse vidit Nauckius; corruptum arbitror ex ὡς ἔμ' (οἰκέτας) cfr. Trach. 533. — *Ai. 257* omnia tentaverunt, ut ἅπερ amoverent (cfr. M. Seyfferti adnot.); Lobeckius coniecit λαμπρᾶς γὰρ (ὑπ') ἀπ' ἀστεροπᾶς. Nihil aliud mutandum quam ἅτερ in ἅτ' ἐκ (στεροπᾶς). —

Phil. 498 οἶμαι post ὡς εἰκὸς abundat; sine dubio οἴμοι scribendum, quae vox rei indignitati, quam exacerbatus vir suspicatur, accommodatissima est cfr. ib. 363 οἱ δ' εἶπον, οἴμοι, τλημονέστατον λόγον. *O. C. 1632* ἀρχαίαν corruptum iudicavit Nauckius rectissime. Nam quod interpretantur „antiquam, spectatam", id ad filias Oedipi nihil adtinet. Unice locum habet ἀρθμίαν. Phil. 1132 ἄρθμιον Erfurdtius restituit ex ἄθλιον. — *O. C. 1043* ἐνδίκου προμηθίας minus apte dictum quam ἐμπέδου προμηθίας. De ἔμπεδος, firmus, fidus, cfr. Ant. 169 μένοντας ἐμπέδοις φρονήμασιν. — *O. R. 1145* vocabulo νέος nihil definitur, quod definiri debet. Scribendum βρέφος. — Ant. 158 probabilissime Bergkius pro ἐρέσσων scripsit ἑλίσσων. Contrarie Ai. 358 pro ἑλίσσων coniecit ἐρέσσων Blaydesius, quod recepit Nauckius. Magis necessarium est ἑλίσσει pro ἐρέσσει *Phil. 1135*, nam recte negat M. Seyffertus remigandi imaginem in arcus usum, qualemcunque velis, quadrare. — *O. C. 805* λῦμα corruptum est, adeo enim immanem se non gerit Creon neque orationis adfectus (ὦ δύσμορ' — φρένας ποτ') illi opprobrio congruit. Ortum antem est λῦμα ex λῆμα, audacia, contumacia, cfr. 855 ὀργῇ χάριν δούς, Hesych. λῆμα· βουλή, ἀξίωμα, ἀνδρεία· καὶ φρόνημα. — *Phil. 43* pro νόστον Toupius coniecit μαστύν, quod ut vitiosum est, ita ἐπὶ φορβῆς νόστον nullo modo potest non falsum iudicari, quamvis multi adsensu comprobent Hermanni interpretationem „in viam, qua victum quaereret, se contulit". Si quid video, corrigendum ἐπὶ φορβὴν νῆστις, cui respondet in v. sq. νώδυνον („famis sedandae — doloris leniendi

causa"). — *El. 1030* nescio an pro μακρὸς ponendum sit ἀρκῶν (vel ἀρκεῖ). —

O. R. 654 με δρᾶν L. Spengelius et Nauckius correxerunt in μ' ὁρᾶν. Constat saepe in libris mss. δρᾶν et ὁρᾶν permutari. Idem evenit *Phil. 929*, ubi pro μ' ὁρῶν scribendum με δρῶν, quod refertur ad verba οἷά μ' εἰργάσω v. superioris („quam iniuriam mihi intulisti, intulisti mihi supplici"). —

O. C. 1209 in La δ' post κομπεῖν a diorthota insertum; postea σὺ δέ, cui superscriptum δέ σε (fortasse pro σὲ δέ) ab diorthota ut videtur, et σῶν, quod Scaligerus mutavit in σῶς. Dindorfius scripsit σὺ δ' ὢν σῶς ἴσθ', quod recepit Meinekius quamquam ei displicet ὢν σῶς pro σῶς ὢν conlocatum. Res aliter se habere videtur. Parum comiter dicit Theseus ἅπαξ — χρῄζω κλύειν, humanissime vero et constanti fortique viro digne haec: ἅπαξ τὰ τοιαῦτ', οὐχὶ δὶς χρῄζω λέγειν· (semel dico et dictum stabile firmumque erit, „ein für allemal") σὺ σῶς ὢν ἴσθ', ἐάνπερ κἀμέ κτέ; nunc verba κομπεῖν οὐχὶ βούλομαι interposita (κομπεῖν γὰρ οὐχὶ βούλομαι) coniunctionem δέ non desiderant. Itaque ex σὺ σῶς ὢν propter δέ importune inlatum σὺ δὲ σῶν factum est. De τοιαῦτα cfr. O. R. 1271 αὐδῶν τοιαῦθ', ὁθούνεκ' οὐκ κτέ. —

Ib. 1076 pro ἂν δώσειν nomen substantivum desiderari, v. apud Nauckium. Halmius coniecit εὔσοιαν. Mihi videtur in ἀνδώσειν latere ἄμπαυσιν i. qu. ἀνάπαυλαν, requietem, cfr. 1113 κἀναπαύσατον τοῦ πρόσθ' ἐρήμου κτέ; ἀμπαύειν, ἄμπαυσις, ἀμπαυστήριος pro ἀναπαύειν etc. saepe usurpari non est quod dicam (ἄμπαυσις ex Anth. Pal. 9, 314, 3 adfert Passow.; ἀμπαυστήριος usurpat Herod. I, 181; ἄμπαυμα semper fere; ἀμπαύει Eur. Hel. 1335). —

Ib. 118 ναίει in metrum non quadrat. Legendum videtur τίς ἄρ' ἦν ποῦ φανείς; *Ib. 133* ἰέντες στόμα valde dubium est et sensu magis requiritur μύοντες (respondet v. ant. 165 κλύεις ὦ). —

Ib. 702 συνναίων pro σημαίνων ponendum puto, quod item F. Gu. Schmidtium suspicatum esse cognovi. Haec igitur Sophoclem scripsisse probabile est: τὰν οὔτις (pro τὸ μέν τις Nauckius) οὐ νεαρὸς οὐδὲ (pro οὔτε νεαρὸς οὔτε) γήρᾳ συνναίων („nicht jung noch alt"). Respondet v. 715 πρώταισι ταῖσδε κτίσας ἀγυιαῖς. Antea

(698) intercisum post *αὐτόποιον* delendum, ut sit *αὐτόποιον φόβημα ἐγχέων δαΐων*, „natum terriculum hostium“. —

Ib. *1490* pro *τυγχάνων*, quod locum non habet, exigitur *ἐμφανεῖν* cfr. Trach. 239 *εἰκταῖα φαίνων* (O. C. 721), Hesych. *ἐμφαίνειν· ἐνδείκνυσθαι, σημαίνειν.* — *Ib.* *1752* Martinus *ξυναπόκειται* recte videtur mutasse in *νὺξ ἀπόκειται*, nisi quod pro *ἀπόκειται* scribi debet *παράκειται* (schol. *ᾧ τὰ τῆς τελευτῆς κατὰ χάριν ἀπέβη*). —

Phil. *145* *κεῖται* nunc importunum; aptissimum *κεῖται* 183 et *κοίτη* 160; *ὅντινα κεῖται* corruptum ex *ὅντιν' ἐνοικεῖ* cfr. 153 *αὐλὰς ποίας ἔνεδρος ναίει.* — *Ib.* *540* mirum est *ἀλλόθρους* (*ἀλλόφωνος*), quum chorus nihil ex illo audiverit. Aliud est *ἀλλόθρου* Trach. 844, nam voce Nessus illa Deianirae persuaserat; aliud Homericum *ἐπ' ἀλλοθρόους ἀνθρώπους*. Quamobrem illo loco Phil. *ἀλλόθρους* mutaverim in *ἄλλοθεν*. —

Ib. 22 coniectura Hermanni *ἐκεῖ* (pro *ἔχει*) alia exsistit molestia, nam in omnibus quae adferunt interpretes accusativi *χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε* defendendi causa exemplis cogitatio motionis antea factae vel simul coniunctae non excluditur. Itaque alibi corruptela detegenda. Videtur autem *πρὸς αὐτὸν* depravatum ex *πετραῖον* (*εἴτ' ἔχει χῶρον πετραῖον τόνδ' ἔτ'* —; hoc *ἔτι*, quod restituit Elmsleius, necessario requiritur, ut abicienda sit Nauckii coniectura *τοῦτον*) cfr. 16 *δίστομος πέτρα*, (1081 *ὦ κοίλας πέτρας γύαλον*). —

In *frgm.* *675* *πολλῶν καλῶν δεῖ τῷ καλῶς τιμωμένῳ· μικροῦ δ' ἀγῶνος οὐ μέγ' ἔρχεται κλέος* egregie restituit Nauckius (frgm. 853) *τῷ καλόν τι μωμένῳ*; pro corrupto *καλῶν* idem coniecit *πόνων*; M. Seyffertus audacius *πολλῶν γὰρ ἄθλων δεῖ καλόν* —; mihi videtur *καλῶν* corruptum ex *παλῶν* (multis luctationibus opus est); ita retinetur ratio *ἀγῶνος*. —

O. R. *1091* non *πατριώταν*, sed *πατέρα* (*καὶ τροφὸν καὶ ματέρα*) flagitari vidit Hartungius. Duae difficultates sublatae erunt, si scripseris *πατέρ' αὐτὰν* (scil. *τὰν αὔρι*, ut Nauckius correxit, *πανσέληνον αὔξειν σε πατέρα κτέ*, ut non molestissime ex *χορεύεσθαι πρὸς ἡμῶν* intellegi debeat *ἡμᾶς*). *Ib.* *1476* non verba *ἥ σ' εἶχεν πάλαι* tentari debent, sed verba *τὴν παροῦσαν τέρψιν*; *παροῦσαν* contractum puto ex *παρ' αὐταῖν*. Nunc omnia optime congruunt: *τὴν παρ' αὐταῖν τέρψιν ἥ σ' εἶχεν πάλαι.* —

Trach. 80 ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον ὡς τὸν ὕστερον mutandum videtur in ἦ — ἆθλον εἰς τὸ φέρτερον (cfr. Eur. Hel. 346 sq. εἰς τὸ φέρτερον τίθει τὸ μέλλον, Hesych. φέρτερον· κρεῖσσον). Conieci quondam ἄθλον, οὐδὲν ὕστερον (conl. O. R. 63, 1072, El. 525, Ai. 858), sed nunc illud praestare puto. —

Ib. 140 ἄβουλον sententiae parum convenit, unice convenit ἀγνώμον' (εἶδεν) ‚durum, immitem‘ (cfr. Ellendt. lex. s. v.). —

Ib. 379 post ἆρ' ἀνώνυμος πέφυκεν oportet pro ὄμμα scribi ὄνομα (ὄμμα et ὄνομα in libris mss. saepe permutantur cfr. Ai. 447). *In v. sq.* πατρὸς μὲν οὖσα ortum puto ex πατρὸς γεγῶσα, quum μέν h. l. ratione careat (cfr. O. R. 1168 ἐγγενὴς γεγώς). —

Ib. 837 pro φάσματι conicio σπάσματι, ἄρθρα pro ὕδρας restituit Hermannus; cum verbis δεινοτάτῳ ἄρθρα προστετακὼς σπάσματι cfr. 805 βρυχώμενον σπασμοῖσι, 1082 ἔθαλψεν ἄτης σπασμός. —

Ib. 1139 τοὺς ἔνδον γάμους absurdum esse vidit Nauckius; scribendum τοὺς νέους γάμους conl. 843 νέων ἀϊσσόντων γάμων. —

Ib. 1047 pro νώτοισι Cicero legisse videtur στέρνοισι (cfr. 1090), licet minus apte interpretatus sit „animo“ („corpore exanclata atque animo pertuli“). —

Ant. 452 οἵ τούσδ' emendavit in τοιούσδ' Valckenarius. *El. 1056* τοιαῦθ' factum esse videtur ex σὺ ταῦθ'. —

Ai. 628 magna offensio tollitur, si pro οὐδ' scribitur οὐκ (αἴλινον, αἴλινον, οὐκ οἰκτρᾶς — ἀηδοῦς, ut lusciniae cantus ab eiulatu αἴλινον non excludatur); cfr. O. C. 1470, ubi Heathius οὐδ' pro οὐκ emendavit, 1429 ubi οὐδ' pro οὐκ in La legitur. —

Ant. 606 ὁ παντογήρως ineptum est; vulgo recipiunt de Bambergeri coniectura ὁ παντοθήρας. Scholiastae explicationi ὁ ἀσθενείας παραίτιος congruenter scribendum ὁ πάντ' ἀφαυρῶν. Cum verbo ἀφαυροῦν cfr. frgm. 685 χρόνος δ' ἀμαυροῖ πάντα κἀς λήθην ἄγει. —

Ib. 1158 ex scholiastae adnotatione πίπτει, καταβάλλει γρ. δὲ καταρρέπει ὅ ἐστι πίπτειν ποιεῖ cognoscitur alteram lectionem in libro suo scholiastam habuisse. Haec mihi videtur fuisse καταρροφεῖ, ut a fluctibus locutio sit deprompta (Hesych. ῥυφεῖ· καταπίνει).

Digitized by Google

Cfr. Goethei verba: uns hebt die welle, verschlingt die welle und wir versinken. —

Ib. 1179 βουλεύειν locum non habet. Cum gemitus praecedit, dicitur ὡς ὧδε τοῦδ' ἔχοντος αἰάζειν πάρα (Ai. 904) vel πάρα στενάζειν (ib. 982); hoc loco comprobatio vaticinii Tiresiae i. e. comparatio eventus cum illo vaticinio praecedit, itaque respondere debet nuntius:

ὡς ὧδ' ἐχόντων τἄλλα συμβάλλειν πάρα. —

Ib. 596 ἐρείπει ex ἐρείδει factum videtur (cfr. Aesch. Agam. 64 et Ai. 309 ἐρειφθείς γρ. ἐρεισθείς); „instat et urget semper aliquis deus" (cfr. M. Seyfferti adnot.). —

O. R. 1054 pro ἐκεῖνον scribendum arbitror ἐοικόθ', ὄντιν' — „parem illi quem hic dicit". —

In *fragm. 583 a* πολλῶν δ' ἐν πολυπληθίᾳ πέλεται | οὔτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλὸς οὔτ' ἀχρείων | τὸ λίαν κακός· βροτῷ δὲ πιστὸν οὐδέν coniecit pro ἀχρείων τὸ Iacobsius ἀχρείων ἄπο, pro τὸ λίαν Meinekius πάλιν, mihi videtur pro τὸ λίαν sensu requiri ἀεί. —

Frgm. 761 ὀργὴ γέροντος ὥστε μαλθακὴ κοπὶς ἐν χειρὶ θήγει, ἐν τάχει δ' ἀμβλύνεται. Correxit σὺν τάχει pro ἐν τάχει Matthiaeus. Ridiculum est ἐν χειρί, non multo melius ἐν χρωτί, quod coniecit Ribbeckius, quum verba ὀργὴ ἐν χειρὶ θήγει coniungi debeant. Procul dubio ἐν χειρὶ nihil aliud est quam ταχεῖα; cum ταχεῖα θήγει, σὺν τάχει δ' ἀμβλύνεται cfr. Phil. 808 ὀξεῖα φοιτᾷ καὶ ταχεῖ' ἀπέρχεται. Unus residet scrupulus. Maxime enim incerta est intransitiva verbi θήγειν potestas (cfr. Ellendt. lex. s. v.) nec tamen dubitare licet propter simile μαλθακὴ κοπίς, quin recte se habeat illud verbum. Quamobrem vide ne retinendum sit ἐν τάχει et scribi debeat: ταχεῖα (scil. ἐστίν) θήγειν, ἐν τάχει δ' ἀμβλύνεται. —

Frgm. 109, 10 Dindorfius putat sensu postulari γῆρας νέον, quod Meinekius proposuit. Mihi vocabulum σοφόν argumento est et de corporis et de animi humilitate antea dici. Itaque ut El. 1175, ita hic quoque γλῶσσῃ et γνώμῃ permutata videntur, ut sit scribendum: καὶ γὰρ δυσειδῆ σῶμα (pro δυσειδὲς σῶμα) καὶ δυσώνυμον γνώμην σοφὸν τίθησιν εὔμορφόν τ' ἰδεῖν i. e. δυσειδῆ τὸ σῶμα ὄντα εὔμορφον καὶ δυσώνυμον τὴν γνώμην ὄντα σοφὸν τίθησιν. —

Digitized by Google

XIV a. Transposita vocabula.

O. C. 404 προσθέσθαι πέλας. „Ante προσθέσθαι quinque circiter literae erasae una cum litera α, quae super π verbi προσθέσθαι scripta fuerat, πέλας autem serius additum. Ex his colligi potest a m. pr. πέλας προσθέσθαι (β, α) scriptum fuisse, literis β α rectum verborum ordinem indicantibus" cfr. ib. 732 ὡς οὐχ ὡς pro οὐχ ὡς; 1284 γὰρ καλῶς γὰρ priore γὰρ punctis notato; Ai. 320 ἐξηγεῖτ' ἔχειν ante ἐξηγεῖτ' eraso ἔχειν; El. 809 φρενὸς οἴχῃ pr., οἴχει φρενὸς a m. rec. in litura; 948 καὶ πού σοι φίλων adscr. a m. rec. γρ. καὶ σύ που φίλων. O. R. 42 εὑρεῖν ἡμῖν rec. in litura (debebat scribere εὑρεῖν ἥμιν), ἡμῖν εὑρεῖν pr.; 568 οὗτος τόθ' pr., eraso τόθ'. Veram scripturam τόθ' οὗτος superscriptis literis τ et θ et οὗ restituit m. ant.; 1024 αὐτὸν ἐξέπεισ' in litura. Nam fuerat ἐξέπεισ' αὐτόν; 1046 εἰδῆτ' ἂν in litura a m. ant., videtur ἂν εἰδῆτ' fuisse; 1151 εἰδὼς οὐδὲν in litura. Fuit οὐδὲν εἰδώς; Phil. 246 οὐ δὴ γὰρ pro οὐ γὰρ δή; 859 ἀλεὴς ἐσθλὸς ὕπνος pro ἀλεὴς ὕπνος ἐσθλός recto ordine indicato literis β' et α' super ἐσθλὸς et ὕπνος a diorth. vel alia m. antiquiore superscriptis; 1332 La cum apographis nonnullis αὐτὸς ἑκὼν pro ἑκὼν αὐτός. — Ex his locis conligi potest, multas eiusmodi temerarias verborum inversiones etiamnunc latere in textu, ubi metrum illas non prodidit. El. 530 σὸς οὗτος pro οὗτος σός Erfurdtius emendavit; 818 pro ξύνοικος ἔσομ' (ἔσσομ' m. rec.) correxit Dawesius ἔσομαι ξύνοικος, quamquam hoc dubitatione non caret; O. R. 719 pro εἰς ἄβατον ὄρος Musgravius ἄβατον εἰς ὄρος; 968 probabiliter pro κεύθει κάτω [δὴ] γῆς Cobetus κάτω κέκευθε γῆς; O. C. 1088 σθένει 'πινικείῳ pro ἐπινικείῳ σθένει emendavit Hermannus; 1506 τῆσδ' ἔθηκε pro θῆκε τῆσδε Heathius; Ant. 129 probabiliter ῥεύματι πολλῷ pro πολλῷ ῥεύματι Blaydesius; item 607 Hermannus οὔτε θεῶν ἄκμαιοι pro οὔτ' ἀκάματοι θεῶν; item 1115 Nanckius ἄγαλμα νύμφας pro νύμφας ἄγαλμα; Phil. 156 pro μή με λάθῃ προσπεσών Hermannus emendavit μὴ προσπεσών με λάθῃ; 222 probabiliter idem praeeunte Triclinio ποίας πάτρας ὑμᾶς ἂν pro ἂν ὑμᾶς; 687 θαῦμά μ' ἔχει Erfurdtius correxit pro θαῦμ' ἔχει με; 861 probabiliter Wunderus ἀλλά τις ὡς pro ἀλλ' ὅστις vel ὥστις; frgm. 268 νόμον ἔχει pro ἔχει νόμον emendavit Ellendtius.

Digitized by Google

Hac ratione restitui potest *O. C. 813* versus vexatissimus μαρτύρομαι τούσδ' οὐ σέ, πρὸς δὲ τοὺς φίλους. Ingeniosa Halmii coniectura μαρτύρομαι τούσδ', οὓς σὺ πρόσθε, τοὺς φίλους eo parum fit probabilis, quod πρόσθε ad verba pertinet proxime antecedentia. Dindorfii et Heimsoethii conatus prorsus reiciendos arbitror. Poeta scripsisse videtur μαρτύρομαι τούσδ', οὐ σέ, τοὺς πρόσθεν φίλους —; οὐ σέ invidiose dictum, ut verborum ἐρῶ γὰρ καὶ πρὸ τῶνδε (811) arrogantia notetur. — *Phil. 590* in σὲ θήσομαι τῶνδ' αἴτιον. — Ποιοῦ λέγων factum puto ποιοῦ ex τοι θοῦ i. e. θοῦ τοι λέγων „fac sane, sed loquere" „nimm immerhin, nur sprich". *Ib. 1337* pro ἀνὴρ γὰρ ἡμῖν ἐστιν scripserim ἀνὴρ γάρ ἐστιν ἡμῖν, ut perspicua sit voluntas verba naucleri (604) comprobandi. —

Dubium est quod *Phil. 1175* vulgo ex apogr. plerisque recipitur, μ' ἤλπισας pro ἤλπισάς μ'. Nam facile abesse potest μέ (cfr. Nauckii adnot. crit. ad Ai. 74. Etiam ib. 135 με non transponendum, sed delendum videtur. Ib. 1214 pro πῶς ἂν εἰσίδοιμί σ' ἄθλιός γ' ἀνήρ Dindorfius emendavit πῶς ἂν εἰσίδοιμ' ἄθλιός σ' ἀνήρ. —

Dubiae sunt traiectiones verborum, quas Ai. 994 Brunckius, Ant. 648 Dindorfius, Phil. 209, 218 Hermannus et Wunderus, 844 M. Seyffertus, Trach. 1011 Koechlius conati sunt; item quod vulgo Ant. 29 ex apographis recipitur, dubium est.

Inanes videntur transpositiones vocabulorum, quas El. 174 Hermannus; O. R. 1267 Brunckius (γ' ἡ τλήμων ἔκειτο); Ant. 718 Dindorfius; Phil. 655 Nauckius; 686, 1207 Bergkius; Trach. 994 Wunderus (οἵων οἵαν ἐπί μοι); 977 Meinekius (φής; ἦ ζῇ γάρ;) proposuerunt.

Studio quodam ea componendi quae grammatica ratione coniunguntur, ex parte sane etiam aberratione oculorum, traiecta sunt haec: Ant. 998 τέχνης τῆς ἐμῆς σημεῖα κλύων pro τέχνης σημεῖα τῆς ἐμῆς κλύων; 1114 ἢ τὸν βίον σώζοντα τελεῖν pro eo quod apographa exhibent ἦ (M. Seyffertus ἦν) σώζοντα τὸν βίον τελεῖν; Trach. 1041 „verba ὦ διὸς αὐθαίμων in margine a m. pr. ante ὦ γλυκὺς ἅιδας inserenda. Post haec verba posuit Seidlerus"; Phil. 1304 ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ καλὸν τοῦτ' ἐστὶν οὔτε σοὶ Wakefieldus emendavit in ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ τοῦτ' ἐστὶν οὔτε σοὶ καλόν; Ant. 1273 probabiliter Erfurdtius

τότ' ἄρα τότε θεὸς μέγα βάρος μ' ἔχων scripsit (cfr. v. ant. 1297 τίς ἄρα τίς με πότμος ἔτι περιμένει;); probabiliter Hermannns O. R. 1205 τίς ἄταις ἀγρίαις, τίς ἐν πόνοις. Speciose Wakefieldus El. 197 verba δόλος et ἔρος transposuit, vere non videtur. Dubium est, quod O. C. 535 Nauckins et Phil. 1151 M. Seyffertus conatus est.

Frustra hac ratione tentavisse puto Ai. 1409 Dindorfium; El. 139 Bergkinm; O. R. 871 M. Schmidtinm (θεὸς ἐν τούτοις μέγας); Ant. 569 Dindorfium; 1090 F. Gu. Schmidtium; Trach. 716—718 Nauckium, Phil. 116, 343, 519 eundem; 395 Hermannum, 1381 Bergkinm. De O. R. 976 infra dicetur.

O. C. 121 Hermannus pro λεύσατ' αὐτὸν, προσδέρκου, προσπεύθου πανταχῇ scripsit προσπεύθου, λεῦσσέ νιν, προσδέρκου πανταχῇ. Omnia commodiora et probabiliora sunt, si scribitur: λεῦσσ' αὐτὸν, προσπυθοῦ, προσδέρκου πανταχῇ (= 153 ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοὶ προσθήσεις τάσδ' ἀράς); λεύσσατ' αὐτὸν dittographia ortum ex λεῦσσ' αὐτόν (cfr. supra p. 34); προσδέρκου propter similem significationem ad λεῦσσε conlocatum est. —

Obiter moneo librum Laurentianum non iis transpositionibus deturpatum esse, quibus saepe a grammaticis Bycantinis prava ratione dnctis verba Euripidis in libris deterioribns ita sunt inversa, nt in paroxytonon versus exeat.

Maxime dnbium molestnmque est verba ex altero versu in alterum transponere, et quotquot factae sunt hninsmodi coniecturae (Ai. 168 a M. Seyffert., O. R. 44 sq. a Toup., 1411 sq. a Burges., O. C. 1085 sq. ab Herm.; El. 222, 224, 554 sq., 1113 sq., Trach. 746 sq., 815 sq., Phil. 424 sq., 751 sq. a Nauck.), nulla earnm speciem habet veritatis. Mihi non dubium est, quin aliquis etiam Phil. 1218 sq. hoc modo sanare volnerit, transponendis verbis ὁμοῦ et πέλας, nisi hiatus intercederet.

Alia ratio in fragmentis. In *frg. 109, 3* Salmasius τ' ἄγουσιν mutavit in θακοῦσιν; hoc improbato Ellendtins s. v. θᾶκος non multo felicins coniecit θάκοισι; scribendnm εἶτα τῆς τυραννίδος ὑπεριάτης ἄγουσιν vel ἄγει πρὸς ἡδίστην (cfr. Ellendt. s. v. ἡδύς) ἕδραν. —

b. Versuum ordo inversus.

Constat versuum ordine mutando plurimis Euripidis fabularum locis lucem adparuisse. Apnd Sophoclem una eiusmodi coniectura consensum omninm tulit, Musgravii de *O. C. 327—331.* Hic enim cognovit versui 328 snum locum esse ante v. 331. Nanckins longins progressus est in ordine versnum mntando ratus binos post binos versus, 327. 328 post 329. 330 conlocari debere. Mihi in ntroqne ordine aliquid reprehendendum videtur, in illo, qnod nullam causam perspicio repetiti ὦ τέκνον ἥκεις; τέκνον πέφηνας; in hoc, quod inhnmanum est Ismenam verba οὐκ ἄνευ μόχθου γέ μοι prius pronuntiare qnam illa ὦ πάτερ δύσμοιρ' ὁρᾶν. Quis vero non videt, haec verba dicentem occurrere filiam patri? Natura et veritate mihi hic ordo requiri videtur:

327 O. ὦ τέκνον ἥκεις; I. ὦ πάτερ δύσμοιρ' ὁρᾶν.
330 O. πρόσψαυσον, ὦ παῖ. I. θιγγάνω δυοῖν ὁμοῦ.
329 O. τέκνον, πέφηνας; I. οὐκ ἄνευ μόχθου γέ μοι.
328 O. ὦ σπέρμ' ὅμαιμον· I. ὦ δὶς ἄθλιαι τροφαί.
331 O. ἦ τῆσδε κἀμοῦ; I. δυσμόρου τ' ἐμοῦ τρίτης.

Nunc Oedipns τέκνον πέφηνας dicit, quum dextram filiae amplexus inhaeret et filiam snam sibi adesse manus attrectatione sentit, qui oculis cernere non potest. Nunc etiam maxime accommodatnm est illud ὦ σπέρμ' ὅμαιμον post verba οὐκ ἄνευ μόχθου γέ μοι, nt si dicat Oedipns vim communis sanguinis, vim pietatis summam esse omnesqne labores superare. Sive igitur δὶς ἄθλιαι depravatnm erat in δυσάθλιαι sive non erat, aliquis δυοῖν ὁμοῦ ante ἦ τῆσδε κἀμοῦ locum habere ratns versnnm ordinem 330. 329. 328 circnmvertit (328. 329. 330). —

Itaqne consilium deprehendimus in hac versunm transpositione; nnnc nnm temere et casn aliquid in hoc genere vitiatum sit, qnaeritur. Cfr. O. C. 1119. 1120 „inverso ordine leguntur in La, sed adscripto β et α".

Multis nt Gu. Dindorfio, A. Nanckio, Fr. Haasio (ind. lectt. Vratisl. 1856/7), R. Engero (Philol. 15 p. 107), Gu. Teuffelio (Iahn. ann. 87 p. 393 sqq.) probavit O. Ribbeckius eam rationem, qua O. R. v. 246—251 post 272 conlocari iussit. Iam apnd Dobr. (Adv. II, I, 32) tale quid

Digitized by Google

ostensum, sed relictum est („si ἐμοῦ v. 250 retines, potius post 272 haec conlocanda erant; sed frustra negatur subaudiri posse αὐτὸν ante παθεῖν"). Ribbeckius rationes suas exposuit in Mus. Rhen. N. S. XIII p. 129—132, et qui ib. XVI p. 489 sqq. oblocutus est, Classenum redarguit remque magis explanavit ib. p. 501 sqq. — Meliore fructu quam Classenus contra disputavit Hasselbachius (Philol. XX p. 211 sqq.). Praeterea de hac oratione Oedipi disseruerunt Heinemannus (ad crit. aesth. Oed. R.), qui lacunosam habet eam orationem, Bernhardius (hist. litt. Gr. II, 2 p. 326), qui 269—272 ante 244 transponit, M. Schmidtius (Ann. schol. Austr. 1864 p. 10 sqq.), qui v. 244 sq. et 269—72 permutat. Postremo Herwerdenus non solum cum Ribbeckio 246—251 post 272, sed etiam 244. 245. 252—254 post 268, B. Todtius (Ann. schol. Berol. N. S. I p. 221) 244. 245 inter 251 et 273 conlocandos censet, quocum facit Nauckius. —

Verbis τοῦτον τὸν ἄνδρα (236) significari occisorem, non occultatorem, perspicitur et ex ipsa re et ex loco, quem comparavit Erfurdtius, Eur. Or. 46 sqq., et ex v. 242 sq. Cum consilio (cfr. τὸν ἄνδρα τοῦτον ὅστις ἐστί) poeta facit Oedipum ipsum se exsecrantem (cfr. 350 sqq. 817 sqq.) nec licet subtilius rem perscrutari nulla poetici consilii ratione habita. Ceterum aliud est interfectorem non prodere, aliud religionis causa illum a communione sacrorum arcere. Oedipi autem consilium viros doctos video perperam accipere. Oedipus enim nihil aliud efficere vult quam ne civitas piaculum mereatur (ὡς μιάσματος τοῦδ' ἡμῖν ὄντος). — V. 251 τοῖσδε pertinere ad v. 246 sq. (πλειόνων μέτα) et referri optime posse Hasselbachius monuit. — Primo Oedipus suo regis officio satisfacit idque concludit verbis ἐγὼ μὲν οὖν κτέ (244 sq.). Altera orationis parte cives admonet, quantum eorum intersit interfectorem detegi, praemittit autem ad augendam admonitionis vim ea, quae non ad regis officium, sed ad animi voluntatem spectant (κατεύχομαι — ἠρασάμην). Verbum κατεύχομαι (246) ad σύμμαχος πέλω (245) pertinet, ad ἐγὼ μὲν οὖν (244) refertur ὑμῖν δὲ (252). Verba autem εἴτε τις εἷς ὢν λέληθεν εἴτε πλειόνων μέτα, quae male intelleguntur, aeque debent accipi atque illud additum ὅστις ἐστί (236). Oedipus quasi verba sua corrigit quod singularem numerum τὸν δεδρακότα dixit, tanquam addat: „sive unus est sive plures sunt qui latent occisores"; nam quia om-

nino occisores latent, etiam numerus eorum ignotus est (male Hasselbachius l. l. p. 211 λέληθε interpretatur „latuit“ ignorata propria huius verbi significatione, quam etiam alii ignoraverunt). — Molestissime autem verba ὑμῖν δὲ τοῖς ἄλλοισι Καδμείοις, ὅσοις τάδ' ἔστ' ἀρέσκονθ' κτἑ (273) illis versibus de Ribbeckii sententia interpositis seiunguntur ab v. 263—66 καὶ ταῦτα τοῖς μὴ δρῶσιν κτἑ.

Ib. v. 624 post 625 mutatis personis transponi vult Fr. Haasius ind. lectt. Vratisl. 1856/7 p. 11—16. Difficilis est locus, sed inversione versuum nihil proficitur. Ut paucis dicam quid sentiam de hoc loco, moveor innumeris coniecturis inutilibus, quae in eum conlatae sunt. Ac primum quidem quod putant, v. 623 pugnare cum v. 640 sq., verba v. 623 hominis iracundi sunt, qui ut quam maxime praeter exspectationem Creontis respondeat, dicit mortem sibi etiam gratiorem esse quam exilium Creontis. Reapse igitur idem dicit Oedipus, quod 640 sqq. eum velle refertur. V. 625 autem cum iis quae sequuntur, artissime conhaeret (Oed. „tu parere non vis?“ Cr. „non sana enim imperas;“ — Oed. „regi semper parendum est;“ Cr. „non est male regnanti“). Nisi igitur lacuna ante v. 624 statui debet vel et ante v. 624 Oedipo tributum et post eum singuli versus Creontis interciderunt, haec interpretatio versus 624 sit oportet: „Voles — nam βούλει sive βουλήσει, nihil aliud, ex v. 623 subaudiri potest — ita, ut ante insigni exemplo manifestes, quale sid invidia“ i. e. „mit dem verlangen meines todes würdest du zeigen, wie weit der hass gehen kann“. —

Ib. 828 sq. Firnhaberus Philol. IV p. 186 inter 822 et 823 inseri vult inepte.

Ib. versuum 1022—24 ordinem invertit Nauckius. V. 1022 post 1023 conlocatus apto sensu caret neque habet quod excipiat versum 1023. —

Ib. 1424—1431 Nauckius versui 1415 subicit (cfr. Philol. XII, 633 sqq.); contra dixit Bonitzius (ann. schol. Austr. 1857 p. 194). Quum versus 1429—1431 nullo modo in Oedipum cadant, Engerus (Philol. XV p. 110 sq.) et postea Meinekius (Anal. Soph. p. 244) solos v. 1424—1428 illuc (Engerus post 1412) transponunt; Teuffelius denique improbata Nauckii inversione post 1423 aliquot versus interci-

disse putat (Iahn. ann. 79 p. 322—326), id quod ante eum Schenkelius (v. ann. schol. Austr. ibid. p. 195), post eum Herwerdenus quoque suspicatus est. — Ut versus 1429—1431 Creontis esse debent, — nam quae contra Bonitzium disputat Nauckius, inania sunt — ita versus 1424—28 eiusdem esse oportet, quippe qui causam contineant illorum. Ne autem offendaris abrupto dicendi genere (1424), reputandum, aliud esse conloquium cum homine adverso adversisque oculis cernente, aliud cum caeco homine.

Ant. 663—667 Seidlerus conlocavit post 671 plurimique eum secuti sunt. Librorum ordinem recte defendit M. Seyffertus. Novo illo ordine plura incommoda fiunt, velut quod *καὶ τοῦτον τὸν ἄνδρα* pertinet ad sententiam *ἐν τοῖς γὰρ οἰκείοισιν — δίκαιος ὤν.*

Suspiciones de Ai. 966 sqq. (Eugeri), de El. 113 sq. (Hamacheri), de 686 sq. (Nauckii), de 720—22 vel 724—26 (Burgesii), de 726 (Passovii), 939 sqq. (Nauckii), de 1180 sqq. (Bergkii), de 1369 sq. et 1389 sq. (Nauckii); de O. C. 174 sq. 478 sq. (Nauckii), de Trach. 89. 90 (Brunckii), de 363 (Erfurdtii), de 401—404, 616—623, 1015—1017 (Nauckii), de 488 sq. (Bergkii); de Phil. 6 (Nauckii) partim falsae partim inanes vel inutiles sunt. De nonnullis earum infra dicetur. Quod Trach. 401—404 scriptura codicis *ἐρωτήσασ'* (403) Nauckii coniectura comprobari videtur, conferatur ib. 412 *ποικίλασ'*, cuius scripturae causam supra (sub VII p. 27) aperuimus. Quaestio *πρὸς τίν' ἐννέπειν δοκεῖς;* (402) in re manifesta et quae responso non indigeat, talis est qualem etiam in communi vitae usu illud sequi solet *σὺ δ' εἶς τί — ἐρωτήσας ἔχεις;* Non minus apta sunt verba *τόλμησον εἰπεῖν*, quia nuntius iam suam, quae postea sequitur, argumentationem in mente habet. Denique cum exspectatio quaedam rei ut magnae gravisque commota est, tum demum suo loco est longa expositio nuntii (405—7). Quamobrem putaverim naturam veritatemque, quae hoc loco agnoscitur, Nauckii coniectura sublatam esse. — Ib. 630 sq. nihil desideratur, quum verba *τί δῆτ' ἂν ἄλλο γ' ἐννέποις;* ipsa dimittendi vim contineant. — Phil. v. 7, quo causa additur illius mandati imperatorum, et ante v. 6 et post illum positus esse potest, est a poeta post eum positus cum elegantiae orationis causa tum ideo, quod ea quae sequuntur cum illo versu conhaereant.

His rebus cognitis iam iudicare licet apud Sophoclem nos huic emendandi generi supersedere. Quamobrem etiam id, quod aliquamdiu putabam, *O. C. 1536—1538* inverso ordine 1538. 1536. 1537 legendos esse, nunc parum probabile videtur. —

Postremo unum locum, quo verba transponere volunt, commemoro alius rei causa, O. C. 664. Porsonum enim observasse constat, veteres tragicos ubi senarium cretico terminaverint et verbum non monosyllabum praecesserit, ubique fere trochaeum quartum purum servavisse (— ⏑ — ⏑ —). Hoc praecepto commotus Dindorfius illo loco pro *κἄνευ τῆς ἐμῆς* scripsit *κἂν ἐμῆς ἄνευ* melius Dobraeo, qui cum particula Heathiana *κἂν ἄνευ γ' ἐμῆς* proposuit. Nauckius praefert *κἂν ἄνευ σ' ἐμῆς*. Sed nihil mutandum, alia enim ratio est. Hermannus El. Doctr. Metr. p. 114 (cfr. ad Phil. 22) docuit, praegressa paulo ante interpunctione recte se habere illum trimetri exitum. Non minus autem interpunctione valere in hac re puto diaeresin hephthemimerin, ut non magis laboret versus: *θαρσεῖν μὲν οὖν ἔγωγε* | *κἄνευ τῆς ἐμῆς* quam Phil. 22 *ἅ μοι προσελθὼν σῖγα σήμαιν' εἴτ' ἔχει*. Inde igitur etiam v. Euripideus *Ἄτλας ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανόν* (Ion. 1) excusationem habet, non unde arbitratur Meinekius (Anal. Soph. ad Phil. l. l.). —

XV. Personarum notae vitiatae.

Personarum notae saepe turbatae sunt, non raro omissae, saepe falsae. Causa ostenditur adnotatione Dindorfii ad O. C. 837 „Personarum nomina per totam fabulam a m. secunda sunt substituta pro lineolis, quibus prima manus personarum vices indicaverat“; cfr. 1679 „ἀγγ praefixum a m. sec., lineola a m. pr.“ cum 1683 „ἀν praefixum a m. sec., lineola a m. pr.“, nimirum propter femininum *τάλαινα*; 1096 „ἐπιχ praescriptum, corruptum ex ἔτι χορός, significat continuari chori verba, etsi a carmine melico transitus fiat ad diverbium“. —

Trach. 383 „Xo. omissum“. An iam sunt verba Deianirae? —

Frgm. 58 duo versus non eiusdem sunt:

A. *βοᾷ τις· ὦ ἀκούετ'· ἢ μάτην ὑλακτῶ;*
B. *ἅπαντα γάρ τοι τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ.* —

Digitized by Google

XVI. Menda vicinorum vocabulorum gratia commissa.

Reputanti, quae quis verba inter scribendum legerit, ea ei ad tempus quasi in memoria haerere, mirum non videbitur, saepe in aliquem locum corrumpendum valuisse vicinum vocabulum vel vicini vocabuli terminationem. Verum non solum temeritate, sed etiam ignorantia in hoc genere peccatum est, cum librarii alicuius verbi rationem perperam acciperent, velut O. R. 1193 *τὸ σόν τοι* scriptum est pro *τὸν σόν τοι* propter *παράδειγμα*, 1195 *οὐδένα* pro *οὐδέν* propter *βροτῶν*.

Huius generis sunt haec vitia: O. C. 320 *σημαίνει* p. *σαίνει* (sequitur in eodem v. *σημαίνει*), 735 *τηλικόνδ'* p. *τηλικόσδ'* (praecedit *ἄνδρα τόνδε* cfr. O. R. 541 *πλήθους* p. *πλούτου*, quod emendavit nescio quis anno 1803, propter *πλήθει* v. sq., ib. 883 *ῥᾷστα* α ex ου facto — sequitur *τὸν βίον* —; ib. 1214 *τὸν* Hermannus in *τε* emendavit depravatum propter *ἄγαμον γάμον; ib. 742 χνοάζον* in *χνοάζων* propter *μέγας, λευκανθεὶς* vel potius, ut videtur, *λευκανθὴς* in *λευκανθὲς* correctum propter *κάρα*); O. C. 816 *τῶνδε* p. *τοῦδε*, quia in superiore v. est *τῶνδε*, 972 *γενεθλίας* p. *γενεθλίους* propter *βλάστας*, 1050 *σεμναί* p. *σεμνά*, 1313 *οἵους* p. *οἷος*, 1389 *τοῦ* p. *τό*, 1592 *πολυσχίστῳ* p. *πολυσχίστων*, 1514 *πολλαὶ* p. *πολλά*. Ai. 205 *ὁ μέγας* p. *μέγας* propter *ὁ δεινός*, 914 *ὁ δυσώνυμος* propter *ὁ δυστράπελος*; 319 *βαρυψύχους* propter *γόους*; 330 *φίλοις* pro *λόγοις* propter *φίλων*; 396 *ἕλεσθέ μ' ἕλεσθέ μ'* pro *ἕλεσθ' ἕλεσθέ μ'*, 776 *τοῖς* p. *τοι*, 941 *ἀρτίως φίλου* super *ως* scripto *ου* fortasse a m. pr.; 1022 *ὠφελήσιμοι* p. *ὠφελήσιμα*. El. 124 *ἀθεωτάτας* p. *ἀθεώτατα*, 308 *ἐν τοῖς* p. *ἔν τοι*, 1478 *ζῶν τοῖς θανοῦσιν* p. *ζῶντας θανοῦσιν*; 991 *τῷ κλύοντι* deleto a m. pr. *τῷ* (praecedit *τῷ λέγοντι*); Ant. 527 *δάκρυ* propter *φιλάδελφα* mutatum in *δάκρυα* (illud restituit Bergkius), 541 *ποιουμένην* p. *ποιουμένη* propter *ἐμαυτήν*; 831 *τάκει* p. *τέγγει* propter *τακομέναν* in v. 828 (sic O. C. 945 *κἄνανδρον* corruptum est ex *κἄναγνον* recordatione v. 939, O. R. 722 *θανεῖν* ex *παθεῖν* recordatione v. 713; ib. 305 *εἰ καὶ μὴ* ex *εἴ τι μὴ* propter v. 302 *εἰ καὶ μὴ βλέπεις*); Trach. 292 *τὰ δὲ* in *τῶν δὲ* depravatum propter *τῶν μέν*, 675 *εὐείρῳ* (p. *εὐέρου*) *πόκῳ*, 834 *ἔτεκε* p. *ἔτρεφε* propter *τέκετο*, 966 *προκηδομέναν* p. *προκηδομένα*, 1071 *ὥστις* p.

ὥστε propter ὅσιις, 1230 τῷ μὲν νοσοῦντι p. τὸ μὲν νοσοῦντι. — O. C. 25 τοῦτό γ' in τοῦτον correctum, 61 ὠνομασμένοι in ὠνομασμένον, 786 τῇσδ' in τῶνδ', 1100 τόνδ' in τῶνδ', quia ea verba referebantur quo non pertinebant (χῶρον, τοὔνομα, κακῶν, θεῶν). Ib. 219 μέλλετ', ἀλλὰ ταχύνετε correctum ex μέλλειον, ἀλλὰ τάχυνε, quod Hermannus et Elmsleins restituerunt; 475 οἰνεοτόκωι ex νεοπόκῳ, quod Canterus invenit, corruptum propter οἷός quod praecedit (perperam supra scripsit m. ant. οἰοπόκωι).

Nunc iam audeo de vexatissimo versu *Ant.* 4 (ἄτης ἄτερ) coniecturam meam proferre et rationis et rei causa. Prope quidem, cum primo coniecissem ἄχους ἄτερ, acquievi cognito, illud iam ab Astio inventum et a Welckero in Mus. Rhen. N. S. XVI p. 310 praelata forma ἄχης vel maxime commendatum esse. Nunc verum invenisse mihi videor. Hoc praemitto me brevitati studere ac non repetere, quod ab aliis satis demonstratum est. Ne quis igitur me accuset temeritatis, si nihil dico de causa cur locus quisque non sanus sit iudicandus. Corruptum autem ἄτερ propter ἄτης ex πέρα. Cum verbis οὐδὲν γὰρ οὔτ' ἀλγεινὸν οὔτ' ἄτης πέρα cfr. locutionem δεινὸν καὶ πέρα δεινοῦ (v. Nauckii adnot. crit. ad Ant. 1097). Non improbabiliter Wunderus Trach. 1046 λόγῳ κακὰ mutavit in λόγων πέρα. —

O. R. 159 ἄμβροτ' Ἀθάνα non omnino repetitum est ex ἄμβροτε Φάμα (157), sed huius loci recordatione corruptum similiter atque O. C. l. s. a. κἄνανδρον ex κἄναγνον. Quid requiratur cognoscitur ex re et nominativo κεκλόμενος, quem cave de m. recentissimae correctione mutes in dativum. Scribendum ἄντομ' Ἀθάνα. Elisio diphthongi αι extra dubitationem metro posita Trach. 216 (cfr. Dindorf. adn.) in hoc cantico nihil habet offensionis, in diverbiis recte, ubi in libris invenitur (El. 818, O. C. 844, Phil. 385, 1071), loco mota est (*Ai. 197 sq.* cum Hermanno ἀταρβῆτα vel ex apographis ἀτάρβητος (scil. ἐστὶν) recipiendum et ὁρμᾶτ', quod habet La et pleraque apographa, cum Suidas et Zonaras ὁρμᾷ praebent, mutandum videtur in ὁρμᾷ τ'). —

O. C. 281 βροτῶν recordatione v. 279 depravatum ex κακῶν arbitror (φυγὴ κακῶν unius notionis instar alterum genetivum φωτὸς ἀνοσίου regit). Nam φυγή hoc loco obiectum requirit. Item *O. C. 1135*

τοῖς γὰρ ἐμπείροις βροτῶν molestum et vitiosum, τοῖς γὰρ ἐμπείροις κακῶν id est, quod desideras. —

Ib. 297 quid sibi vult σκοπός? Alia ratio est v. 35 (cfr. 1096, Phil. 125). Nimirum memor versus 35 librarius πομπὸς, quod hic sensu postulatur, in σκοπὸς mutavit (cfr. 70, O. R. 289, Ant. 164). Contrarie *ib. 1019* πομπὸν depravatum est ex σκοπὸν (cfr. Ant. 215, Ai. 945). Minus accurate interpretes volunt ad σκοπὸν δέ με χωρεῖν subaudiri βούλομαι, cum illa verba simpliciter posita sint pro σκοποῦ μου χωροῦντος. —

Ib. 554 ἀκούων corruptum est recordatione v. 551 non ex (τοῖσδε) λεύσσων, quod Nauckius et Blaydesius coniecit, — non sana excogitavit Heimsoethius Cur. crit. I p. 321 —, sed ex ἀπαντῶν. —

Ib. 562 pro altero ὡς malim οἷ (ἐπαιδεύθην). —

El. 221 libri habent ἐν δεινοῖς ἠναγκάσθην ἐν δεινοῖς, quod alii aliter metro adaptaverunt. Quod poeta scripsit, legit scholiasta qui adnotat: διὰ δὲ τὴν ὑπέρβασιν τῶν δεινῶν ἀναγκάζομαι κτέ. Legit enim procul dubio non quod G. Wolffius de schol. Laur. p. 34 suspicatus est ἠναγκάσθην ἐν ὑπερδεινοῖς, sed δεινοῖς ἠναγκάσθην δεινῶν, quod ut ἄρρητα ἀρρήτων (O. R. 465), κακὰ κακῶν (O. C. 1238), πιστὰ πιστῶν (Aeschyl. Pers. 681) dictum apte scholiasta interpretatus est διὰ τὴν ὑπέρβασιν τῶν δεινῶν perinde atque ib. 849 δειλαία δειλαίων κυρεῖς hoc modo intellexit, recte ut videtur, et interpretatus est ἐπὶ ἀπαρηγορήτοις κακοῖς, si modo non solum sententiam, sed etiam verba spectavit. —

Ib. 780 οὔτε νυκτὸς ὕπνον οὔτ' ἐξ ἡμέρας corruptum esse vidit Meinekius, qui Philol. XX p. 719 coniecit οὔτ' ἐφ' ἡμέρας. Scribendum videtur οὐ μεθ' ἡμέραν, quod propter οὔτε νυκτός depravatum est. Hoc enim μεθ' ἡμέραν (cfr. Eur. Or. 58) rectum exhibet sensum. De οὔτε — οὐ v. Ant. 249 sq. οὔτε του γενῆδος — οὐ δικέλλης, O. C. 972 οὔτε βλάστας — πατρὸς, οὐ μητρός, Eur. Or. 41 sq. οὔτε σῖτα διὰ δέρης ἐδέξατο, οὐ λούτρ' ἔδωκε χρωτί. —

Valde dubito an idem *ib. 139* evenerit et pro οὔτε λιταῖσιν scribi oporteat οὐ λιταῖς. —

Ib. 878 ἐναργῶς propter ὥσπερ abiit ex ἐναργής (adiectivo enim semper Sophocles utitur O. C. 910. Trach. 224. 11. Ant. 795. 263. O. R. 335). —

Trach. 549 ὑπεκτρέπειν πόδα (= ὑπεκφεύγειν) non minus cum accusativo coniungi debere existima quam ὑπεκτρέπεσθαι O. C. 566 sq. ξένον — ὑπεκραποίμην μὴ οὐ συνεκσῴζειν. Cum ὧν ἀφαρπάζειν (i. e. ὧν τῆς μὲν ἀφ.) — τὴν δ' ὑπεκτρέπει πόδα (aut si accusativum non concedas, τῆς δ' ὑπ. π.) cfr. Trach. 117 τὸ δ' αὔξει; 135 τῷ δ' ἐπέρχεται (cfr. M. Seyfferti adnot. ad Ai. 235). —

Phil. 1220 molestum est στείχοντα, quum in versu qui proxime antecedit στείχων sit, nec στείχει Oedipus, sed σπεύδει. Recordatione igitur illius verbi στείχοντα corruptum est ex (Ὀδυσσέα) σπεύδοντα. —

Frgm. 167 γλώσσης μελίσσης τῷ κατερρυηκότι corrigendum videtur in γλώσσην μ. κτἑ. —

Ant. 1029 τῷ θανόντι num propter τὸν θανόντα v. sq. corruptum sit nescio, corruptum esse scio. Nam quid tandem est εἶκε τῷ θανόντι? Nemo interpretum hac locutione offensus est, nisi quod nunc demum Nauckius θανόντι suspectum dicit. Dubium esse non potest, quin scribendum sit ἀλλ' εἶκε νουθετοῦντι (cfr. v. 1031 sq. et O. C. 1193 νουθετούμενοι φίλων ἐπῳδαῖς; Phil. 1322 ἐάν τε νουθετῇ τις εὐνοίᾳ λέγων). —

XVII. Vitia ex compendiosa scriptura nata.

De compendiorum siglarumque usu vide Cobet. Var. Lect. p. 270. Vestigia compendiosae scripturae exstant compluribus locis in cod. La: Ai. 481 λον όγ (λόγον) a m. rec. insertum; 860 Σαμῖνος λα a m. rec., El. 99 πέκει pr., in πελέκει radendo mutatum, 182 Ἀγαμεμνίδας, 1139 πρ. σ una duabusve literis super ρ erasis, πυρὸς in litura a m. ant.; ib. 514 non improbabiliter Bothius coniecit πολυπάμονας pro πολύπονος; Trach. 245 ἀρίθμειον ει in ι mutato p. ἀνήριθμον; 1219 παρνον superscr. θ (παρθένον); Phil. 199 ὤιλεται corr. in ὤι λέγεται, 1388 λόις supersc. γοις et deletis a m. pr. literis ις. Egregie autem O. R. 1099 Lachmannus προσπελασθεῖσα mutavit in πατρὸς πελασθεῖσα. Sic quod Dindorfius Trach. 689 pro ἐν δόμοις suspicatus est ἐνδυτὸν abiisse in ἔνδον et postea metri causa in ἐν δόμοις productum esse existimo. Nec secus El. 1075 πότμον, quod Schneidewinus, Bergkius scripsit pro τόν, primo in πον corruptum esse videtur.

Digitized by Google

Trach. 554 λυτήριον λύπημα corruptum esse vidit Hermannus, qui coniecit λ. κήλημα. Ortum vero λύπημα ex πόθημα, quod scriptum est π̄ῆμα, et ex primis literis vocabuli λυτήριον. Cum πόθημα cfr. στέργημα 1138, quod etiam *frgm.* 227 in στέρημα latere videtur, et compara v. 1142 τοιῷδε φίλτρῳ τὸν σὸν ἐκμῆναι πόθον. —

Ib. 578 μυχοῖς pro δόμοις corrigendum esse cognoscitur ex v. 686; μυχοῖς scriptum μ̄οις abiit in δόμοις. —

Phil. 1048 ἑνὸς κρατῶ λόγου falsum esse ostendit Bonitzius Symb. I p. 36 sq. Ortum autem κρατῶ ex κ̄ρος i. e. καιρὸς, quod unum huic loco convenit. —

El. 1091 τῶν, quod Hermannus in formam maxime dubiam τεῶν mutavit, videtur nihil aliud esse quam δ̄ων i. e. δόμων (cfr. Ant. 1186 πλούτει — κατ᾽ οἶκον — μέγα). —

Hac ratione licet *O. R.* 1085 restituere, ita quidem, ut aliquid praecipiamus, de quo infra demum dicendi locus erit. Verba τῆς γὰρ πέφυκα μητρός argumento sunt, postea de patre dici debere aliquid, de quo nihil dicitur. Iudico igitur, ποτ᾽ fuisse προς, ut Ant. 1037 invicem τἀπὸ corruptum est in τα προ, et illud προς, quum post id alterum προς intercidisset, ut aliquid significaret, mutatum in ποτ᾽, versum autem inutili additamento τοὐμὸν completum esse. Una causa igitur totius corruptelae fuit προς post προς omissum. Nunc iam habes quod exspectas:

τοιόσδε δ᾽ ἐκφὺς (πρὸς μητρὸς) οὐκ ἂν ἐξέλθοιμ᾽ ἔτι
πρὸς πατρὸς ἄλλος, ὥστε μὴ ᾽κμαθεῖν γένος. —

Ib. 1444 quid est οὕτως? quid movet Creontem, ut dicat τῷ θεῷ πίστιν φέροις? Reprehendendi profecto sunt interpretes, quos hoc loco nihil offendit. Est autem οὕτως recordatione initii v. 1442 corruptum ex compendio *ΘΟΥC* i. e. θεοὺς. Nunc intellegis quid dicere velit Oedipus θεοὺς ἄρ᾽ ἀνδρὸς ἀθλίου πεύσεσθ᾽ ὕπερ et quid respondeat Creon. —

XVIII. Verba correctorum opera depravata.

Iam saepius nobis occurrit manus correctoris. Nimirum in diverbiis, ubi et metrum et sensus facile perspici poterat, cum aliquod verbum aut corruptum esset aut intercidisset, librarii vel grammatici

corrigendi supplendique munus suscipiebant. Ut principio pauca adferam, quae falso iudicio ducti correxerunt illi, cfr. Ai. 297 εὔκερων ἄγραν pro εὔερον ἄγραν (propter 64), 358 ἅλιαν p. ἅλιον (propter πλάταν), 372 χερσὶ pro χερί, 569 Ἐριβοίαν λέγω p. Ἐριβοίᾳ λέγω, 619 μέγιστ' (ad ἔργα relatum) ἀρετᾶς p. μεγίστας ἀρετᾶς, 623 λευκῷ (ad γήρᾳ relatum) pro λευκά, 633 ἀμύγματα pro ἄμυγμα (propter πεσοῦνται δοῦποι), 634 ἢ pro ὁ (post κρείσσων); O. C. 228 οὐδενί μοι ῥαιδία (i. e. ῥᾳδία) pr. pro μοιριδία.

De correctionibus corruptelam sequentibus cfr. quae supra (sub III p. 19) contulimus; O. C. 300 αὐτὸν ὥστ' quum in ἀτὸν ὥστ' abiisset, in ἀπόνως τ' correctum; 680 ἀμφιπόνων, corruptum ex ἀμφιπολῶν, in ἀμφιπωλῶν correctum; 1130 quum χαῖρ' lectum esset pro χέρ', post δεξιάν additum est τ'; 1148 ἀγὼν pro ἀγών scripto οὗτος additum; 1682 φερόμενον in φαινόμενον corruptum in φαινόμεναι (πλάκες) mutatum est. Trach. 266 quum φανεὶς corruptum esset in φωνεῖ, ἀντὶ in ὡς correctum; 1163 quum πρὸς additum esset, ἐμπνεόντων in πνεόντων redactum (nisi forte scribere vis θανεῖν ποτε).

O. C. 1474 quum in La aliquod verbum intercidisset, in apographis τοῦτο additum est (cfr. multos locos, ubi verba in La omissa in apogr. suppleta sunt). — Eodem modo Ant. 648 ὑφ' ἡδονῆς, O. R. 1383 τοῦ Λαΐου adiecta videntur.

Nihil aliud est illud, sicubi librarii opinati trimetri complendi causa vocabulum addiderunt: Ai. 369 οὐκ (cfr. 384), 905 ἄρ', O. C. 1677 οὐκ contra sensum, Trach. 898 τις. Etiam Ant. 1314 Nauckius κἀλύσατ' pro κἀπελύσατ' (schol. ἐλύετο) recte coniecisse videtur.

Itaque videndum est, ne tales correctiones etiamnunc lateant, cum res ipsa ferat, ut eae corruptelae minus appareant.

a. Ant. 1301 speciosius quam verius est quod Arndtius coniecit ἥδ' ὀξυθήκτῳ πτώσιμος περὶ ξίφει ἀχλύει κτέ. Res ipsa docet, alterum ἥδε corruptum ex βῆμα, βωμία (pro βώμιον) vocabuli corrupti ἥδε gratia correctum esse. Poeta igitur scripsit: ἥδ' ὀξύπληκτος (cfr. schol.) βῆμα βώμιον πέριξ. —

Ai. 1214 La ἄγκειται corr. a m. rec. in ἀνεῖται; ἄγκειται i. e. ἀνάκειται unice convenit, ἀνεῖται falsum est; οὗτος corruptum ex ὧδ' (ὅδ' ut saepe scripto): νῦν δ' ὧδ' ἀνάκειται. —

Digitized by Google

El. 359 sensus (οὐδέ) requirit δὶς τόσα pro μοι τὰ σά. Illud τις τὰ σά scriptum propter sequens τις in μοι τὰ σὰ mutatum esse videtur. —

Ib. 1052 futurum μεθέψομαι ex praecepto Elmsleiano (O. C. p. 116 cfr. Schneidew. not. ad O. C. 848) vitiosum est; οὔ σοι corruptum ex εἴσω; cum locutione ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω cfr. Ai. 296, El. 802 ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω, Eur. Andr. 876; scribendum igitur ἄλλ' εἴσιθ' εἴσω· 'γὼ οὐ μεθέψομαί ποτε. —

O. C. 175 pro σοὶ πιστεύσας καὶ μεταναστὰς legendum videtur πιστεύσας σοι μεταναστάς (i. e. ἐὰν πιστεύσας σοι μεταναστῶ). —

Ib. 307 εὕδει, quod ineptum, varie mutatum: ἕρπει (Brunck.), σπεύδει (Eldik.), φύσει (A. Gu. Winckelmann.), ἔρδει (Seidler.), γήρᾳ (Dindorf.). Nos scholiasta ad Eur. Androm. 80 γέρων ἀντὶ τοῦ νωθής, βραδύς (cl. Hesych. νωθής· ὁ νωθρός, κατὰ στέρησιν τοῦ θεῖν, βραδύς, ἀμβλύς; Eur. Herc. fur. 819 νωθὲς πέδαιρε κῶλον) aliud docet hoc: quum νωθὴς in εὕδει corruptum esset, pro χρόνῳ sensus causa βραδὺς correctum est. Cum ὥστε κεἰ χρόνῳ νωθὴς cfr. 875 καὶ χρόνῳ βραδὺς (a m. perantiqua γηρῶν βαρὺς i. e. γήρᾳ βαρὺς superscripto). —

Ib. 458 La πρὸς (superscr. σὺν ab alia m. aut.) ταῖσι ταῖς σεμναῖσι δημούχοις θεαῖς. In hac scriptura ταῖς nihil aliud est quam θαῖς i. e. θεαῖς, ex Sophoclis autem loquendi genere post δημούχοις requiritur χθονός, sive hoc quum χ post χοις intercidisset, depravatum sive consulto, quum ταῖς scriptum esset, correctum est in θεαῖς. Redde igitur poetae: πρὸς ταῖσι θεαῖς σεμναῖσι δημούχοις χθονὸς cfr. 1087 γᾶς τᾶσδε δαμούχοις, 1348 τῆσδε δημοῦχοι χθονός. —

Ib. 911 Nauckius οὔτε μου (i. e. οὔτ' ἐμοῦ) in οὔτε σοῦ mutavit perperam; nam neque ex vi vocabuli καταξίως locutio quidquam suspecti habet — „ut ego merebar"; quis enim nescit usum Latinorum Graecorumque in verbis dignus, dignari, ἄξιος, quo neglecto Nauckius delet Eur. Androm. v. 329 (Cur. Eur. I p. 101) — et ea quae sequuntur documento sunt haec tria οὔτε ἐμοῦ (924—929) οὔτε σεαυτοῦ (913—918) οὔτε σῆς χθονὸς 919—923 sensisse poetam. Itaque in ὧν πέφυκας αὐτὸς alterum οὔτε σεαυτοῦ quaeri oportet i. e. scribi οὔθ' ὃς πέφυκας αὐτός. Cur ὃς in ὧν correctum sit, adparet. Cfr. O. R. 1361. Phil. 139. 957. Ant. 214. 478 sq. El. 1198. —

Ib. **1534** *αἱ δὲ μυρίαι πόλεις* ineptum est, nam nihil de *μυρίαις πόλεσι* dicitur. Correxerunt *αἱ δὲ κύριαι πόλεις* vel *εἰ δὲ κυρία πόλις* vel *οὗ δὲ κυρία πόλις*, quae omnia aliquid molesti habent. Simpliciter scribendum, quod unice contrario *αὐτός* — *τῷ προφερτάτῳ μόνῳ* convenit: *οἱ δὲ μυρίοι πόλεως* —; *πόλεως*, quod librarii moleste ferebant, in *πόλεις* mutatum causa fuit correctionis. —

Ib. **1583** *sq.* *ὡς λελοιπότα κεῖνον τὸν ἀεὶ βίοτον ἐξεπίστασο.* Ineptum *τὸν ἀεὶ βίοτον*. Multi multa coniecerunt, sanum nihil. Ne dubites, quid hic desideretur, cfr. Ant. 1282 sq. *γυνὴ τέθνηκε — ἄρτι νεοτόμοισι πλήγμασιν*, Ai. 898 *Αἴας ὅδ' ἡμῖν ἀρτίως νεοσφαγὴς κεῖται* (cfr. 941), Trach. 1130 *τέθνηκεν ἀρτίως νεοσφαγής* (cfr. 806), El. 792 *τοῦ θανόντος ἀρτίως*. Legendum *ἐκεῖνον ἄρτι βίοτον ἐξεπίστασο.* —

Trach. **313** non solum *οἶδεν* corruptum est (*δοκεῖ* coniecit Axtius), sed etiam *μόνη* falsum, nam aut *πλεῖστον τῶνδε φρονεῖ* aut *μόνη τῶνδε φρονεῖ* dici debet, *πλεῖστον* autem propter *ὅσῳπερ* intellegendum. Suspicor scriptum fuisse *ὅσῳπερ καὶ φρόνημ' αἰδημονεῖ* — hoc facillime abire poterat in *οἶδεν μόνη* — vel etiam *καὶ μάλιστ' αἰδημονεῖ.* —

Ib. **419** *ἀγνοίας ὁρᾷς* ortum puto ex *ἀγνοεῖς σπορᾶς*, ut sit legendum *ἧς σύ γ'* vel *ἥσπερ ἀγνοεῖς σπορᾶς*; consulto malevoleque nuntius idem nomen (*σπορᾶς* — *σποράν*) repetit. —

Ant. **1138** Blaydesius pro *τιμᾷς ὑπερτάταν* coniecit, *ὑπερτιμᾷς*, videtur vero *τιμᾷς ὑπερτιμᾷς* scribendum esse, ut *ὑπερτιμᾷς* propter praecedens *τιμᾷς* in *ὑπερτάταν* correctum sit. Antea Dindorfius *ἐκ πασᾶν* recte in *ἔκπαγλα* mutasse videtur: *τὰν ἔκπαγλα τιμᾷς ὑπερτιμᾷς πόλεων* = *ἰὼ πῦρ πνεόντων χοράγ' ἄστρων, νυχίων* (*καὶ* ante *νυχίων* delevit Brunckius). —

Phil. **382** pro *τοιαῦτ' ἀκούσας κἀξονειδισθεὶς κακά* ratio postulat *τοιαῦτ' ἀκούσας κἀξονειδίσας κακά* cfr. 374 sqq. —

Ib. **1383** libri *ὠφελούμενος*, Heathius coniecit *ὠφελουμένους*. Ut rationem habeat responsum Philoctetae, scribendum puto *ὠφελουμένων*, qui genetivus absolutus subiectum incertum relinquit. —

In frgm. **238** *καίπερ γέρων ὤν, ἀλλὰ τῷ γήρᾳ φιλεῖ | χὠ νοῦς ὁμαρτεῖν καὶ τὸ βουλεύειν ἃ δεῖ* quamquam deficiente senten-

tiarum nexu nihil certius dici potest, tamen nescio an pro *καίπερ γέρων ὤν* legendum sit *κἄστιν γέρων μὲν, ἀλλὰ* — cfr. Trach. 328 *ἡ δέ τοι τύχη κακὴ μὲν αὐτῇ γ', ἀλλὰ — ἔχει.* —

b. El. v. 691 magnam praebet difficultatem: abesse non debet; qualis est in libris *δρόμων διαύλων πένταθλ' ἃ νομίζεται*, a numeris laborat. Alii alia tentaverunt; equidem videor insigne exemplum habere ad demonstrandum, quomodo aliquot literis temere omissis librarii utcunque numeros versus compleverint; nam hoc (*πένταθλ' ἃ νομίζεται*) Bycantinorum morem ultro prodit. Nimirum (*διαύλ* —) *ων πε* semel scriptum erat pro *ων[ωντε]πε*: *δρόμων διαύλων ὧν τε πέντ' ἄθλων* (vel *πεντάθλων*) *νόμος*. —

Ai. 1312 libri *γυναικός, ἢ τοῦ σοῦ θ' ὁμαίμονος λέγω* vitiose. Quid Teucer hic dicere debeat, cognoscitur ex Eur. Tro. 869 sq. *οὐ γὰρ ἡδέως ὄνομα δάμαρτος ἥ ποτ' ἦν ἐμὴ λέγω.* Aliquid autem inter *τοῦ σοῦ* et *ὁμαίμονος* intercidisse, ex illo *θ'* hiatus vitandi causa interposito intellegitur. Invidiose igitur dicit Teucer *γυναικὸς, ἢ τοῦ σοῦ ποτ' ἦν ὁμαίμονος.* Nunc enim *τῆς σῆς ὑπὲρ γυναικός* eodem modo quo *δάρων ἕνεκα σφετεράων* accipi potest, quia sequitur *ἥ ποτ' ἦν κτέ.* —

El. 337 ἀλλά locum non habet, corruptum (ut saepe *λλ* cfr. supra p. 44) ex *ἀμά*, ante *ἅμα* vel *ἀλλά* (quod non minus saepe fit) intercidit *ἄν*: *τοιαῦτα δ' ἂν ἅμα καὶ σὲ βουλοίμην ποιεῖν* (etiam moribus Chrysothemidis *βουλοίμην ἄν* convenientius est quam *βούλομαι*). —

Ib. 758 maxime dubium speciosene dicere liceat *μέγιστον σῶμα δειλαίας σποδοῦ* (comparant interpretes locos non plane similes El. 19, Ant. 114, Ai. 888) an verba corrupta sint. Mihi quidem ea corrigenda videntur in *μεγίστου σώματος δειλὴν σποδόν*, sive vis adiectivi *δειλὴν* ignorata sive *δειλὴν* ultro in *δειλαίαν* depravatum causa fuit correctionis. Cfr. 1159 *σποδόν τε καὶ σκιὰν ἀνωφελῆ.* —

O. R. 1512 quum ante *εὔ(χομαι)* omissum esset *ἕν*, illud *εὔχομαι* in *εὔχεσθέ μοι* productum est: nam post *πόλλ' ἂν παρῄνουν* nihil aliud sequi potest quam *νῦν δὲ τοῦθ' ἓν εὔχομαι.* —

O. C. 45 molestum est *ἕδρας γῆς τῆσδ' ἄν;* videlicet *τῆς* (= *γῆς* v. supra p. 45) duplicatum, post *ἕδρας* autem *ἄν* omissum: *ὡς οὐχ ἕδρας ἂν τῆσδ' ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι* (cfr. Ellendt. lex. I p. 127 sq.).

Ib. 243 libri habent τοῦ μόνου, Hermannus correxit τοὐμοῦ μόνου, sed μόνου non est accommodatum. Post τοῦ intercidisse puto πα: ὑπὲρ τοῦ παμμόρου cfr. 161 τῶν, ξένε πάμμορ', εὖ φύλαξαι. —

Ib. 1084 pro θεωρήσασα τοὐμὸν scribere velim ἐναιωρούμεν' et in fine ἴσχων omissum putare: ἐναιωρούμεν' ὄμματ' ἴσχων. Terminatio -ήσασα, quae ipsa abhorret ab hoc loco, adglutinata est, quum ουμεν abiisset in τοὐμόν cfr. Ant. 975, ubi ex ἀραχθέντων factum est ἀραχθὲν ἐγχέων. —

Ib. 1118 simile atque in v. 45, de quo supra diximus, evenisse videtur. Nam et sensus et quod est in libris σοί τε argumento est, sequi debere κἀμοί; τοὔργον τοὐμόν ex dittographia ortum; ἔσται autem correptum puto ex ἵσταται. De ἵσταται eodem q. γίγνεται cfr. Phil. 175 (ἱσταμένῳ schol. γινομένῳ), Ant. 435, Ai. 306, quos locos Wunderus Emend. in Trach. p. 160 contulit. Quum Oedipus brevem orationem postulaverit, apte suo ingenio Antigona respondet suam orationem ὅδ' ἔσθ' ὁ σώσας non solum Oedipo sed etiam sibi brevem fieri: καὶ σοί τε κἀμοὶ τοὐμὸν ἵσταται βραχύ (vel ὧδ' ἔσται βραχύ); cfr. Eur. Heracl. 784 sq. —

Ant. 467 formam ἠνσχόμην ferri non posse nunc constat; ἄλγος (466), quod expellit Nauckius, recte se habere ex verbis κείνοις ἂν ἤλγουν intellegitur. Post ἄθαπτον intercidit ὄντ' et scribendum: μητρὸς | θανόντ' ἄθαπτον | ὄντ' ἠνεσχόμην. Et maxime inutile νέκυν post θανόντα. —

Trach. 331 quum inter πρός — γ' ἐμοῦ perspicua causa omissum esset φατον, versus complendi causa λύπην repetitum est: τοῖς οὖσι λύπην πρόσφατόν γ' ἐμοῦ λάβοι. De πρόσφατος, recens, cfr. frgm. 130 προσφάτους ἐπιστολάς. Etiam O. R. 668 Nauckius recte πρόσφατα correxisse videtur. —

Ib. 678 intransitivum ψῇ nullo modo tolerabile. Ut in v. superiore ἐδεστόν, ita hoc loco ψηκτόν scribendum; quum igitur κτόν ante κατ' intercidisset, καί additum est. Cum ψηκτὸν κατ' ἄκρας σπιλάδος cfr. 698 κατέψηκται χθονί. —

Phil. 728 πᾶσιν nec metro nec sensui accommodatum. Post (πλά)θη intercidit δέ et reliquae literae μας in πᾶσιν sunt mutatae, ut aliquid significarent: πλάθη, δέμας θείῳ πυρὶ παμφαής. —

Ib. 1420 ἀρετήν, praesertim quum sequatur ὡς πάρεσθ' ὁρᾶν, maximae offensioni est. Quamobrem facile adducor, ut credam, post ἔσχον intercidisse εἶδος, ἀρετὴν autem correctori deberi (ἀθάνατον ἔσχον εἶδος, ὡς πάρεσθ' ὁρᾶν). —

Longius in hoc genere progressus est Nauckius (Cur. Euripid. II 154—8), qui O. R. 1264 primo ex πλεκταῖσιν ἀρτάναισιν αἰωρουμένην factum censet πλεκταῖσιν αἰώραισιν αἰωρουμένην, deinde, quum αἰώραισιν mutari deberet, mutatum αἰωρουμένην in ἐμπεπλεγμένην, denique cum πλεκταῖς scriptum esset, αἰώραισιν in ἑώραις depravatum et ὁ δὲ versus explendi causa additum. Similiter Trach. 196 corruptelam repetit ex scripto τὸ γὰρ ποθοῦν ἕκαστος ἐκμαθεῖν ποθῶν, quod fuerit τὰ γὰρ παρόνθ' ἕκαστος ἐκμαθεῖν ποθῶν, Ant. 292 usus Eustathii locis ex λόφον δικαίως εἶχον εὐλόφως φέρειν, quod νῶτον δικαίως εἶχον εὐλόφως φέρειν poeta scripserit. Cfr. eiusdem coniecturas ad Ant. 975, 999, O. C. 1231, Trach. 435.

O. R. 1264 facilior medela suppetere videtur comparatis versibus Ant. 1221 sq. τὴν μὲν κρεμαστὴν αὐχένος κατείδομεν, βρόχῳ μιτώδει σινδόνος καθημμένην. Ex his enim versibus suspicari licet, etiam illo loco dictum esse, unde illi laquei confecti fuerint. Conicio poetam scripsisse: πλεκταῖσιν αἰώραις πέπλου καθημμένην. Ita cum πέπλου καθημμένην correptum esset in ἐμπεπλεγμένην, cetera consecuta sunt. Quum La habeat ἐμπεπληγμένην de G. Wolffii conlatione et in v. sq. δ' post ὅπως, etiamnunc ipsa vestigia genuinae lectionis deprehenduntur. — Trach. 196 ipse supra p. 26 emendavisse mihi videor, de locis Eutath. (et schol. Ai. 61) Ant. 292 rectissime iudicavit Dindorfius. —

XIX. Interpolata verba.

Quod corrector in diverbiis, id interpolator in melicis, ubi et sententiae obscuriores essent et metrum parum constaret. Qualis haec opera fuerit et quatenus progressa sit, ex ipsis locis statuendum est.

Iniuria in Ai. damnaverunt 134 τῆς ἀμφιρύτου (Bergk.), 139 καὶ πεφόβημαι (Herwerden.), 152 τοῦ λέξαντος (Nauck.), 169 ὑποδείσαντες (Dobraeus), 170 εἰ σὺ φανείης (Cobetus), 890 ἀμενηνόν (A. Schoell.);

in El. 90 αἱμασσομένων (Wex.), 100 ἀπ' ἄλλης ἢ 'μοῦ (Nanck.), 106 ἄστρων (Dobraeus), 112 παῖδες (Hermann.), 195 σοι (Heath.), 1063 μὰ (Turnebns), 1404 αἰαῖ (Dindorf.), 1414 alterum φθίνει et 1434 πάλιν (τάδ' αὖ) (Heimsoeth.), 1434 τάδ' ὡς (Hartnng.);

in O. R. 202 ὦ Ζεῦ (Hermann.), 666 ψυχάν (olim Hermann., postea Heimsoeth.), 696 εἰ δύνᾳ (δύνᾳ Bergk., εἰ δύνᾳ Heimsoeth.), 1350 νομάδος (Herwerden.); in O. C. 703 εἰς (cnm Porsono Dindorf.; recte 716 coniecit Meinek. παραισσομένα), 1055 Θησέα καὶ (Nauck.); 1570 φασί, quod scholiastae adnotatione non dubium fit, sed confirmatnr;

in Ant. 113 ὡς (Hermannus; rectius Blaydes. εἰς delet); 156 νεοχμός (Dindorf.); 586 ὅμοιον (Seidler. Bergk.), 607 θεῶν (Nanck.), 613 sq. οὐδὲν ἕρπει ἐκτὸς ἄτας (Dindorf.), 618 ἕρπει (Nanck.), 630 ἀπάτας λεχέων (Nauck.), 956 κερτομίοις ὀργαῖς (Dindorf.);

in Trach. 661 παγχρίστῳ (Dindorf.), in Phil. 150 τὸ σὸν (Triclin.), 679 δέσμιον (Dindorf.); 716 γνοίη, 723 πολλῶν, 728 πᾶσιν (Bergk.); 847 εὐδρακὴς (Bergk.); alia etiam minore probabilitatis specie.

Phil. 711 Bergkius πτανοῖς cancellis circnmscripsit; sed in v. ant. 723 πολλῶν nihil suspecti habet (cfr. frgm. 583 a, El. 851); itaqne de Brunckii vel Erfurdtii coniectura pro πτανῶν πτανοῖς recipiendnm πτανοῖς ἰοῖς, nisi quod πτανῶν retinendum videtur, quia et oppositum est versibns 706—709 οὐ φορβὰν ἱερᾶς γᾶς σπόρον — ἀλφησταί neqne πτανοῖς admodum necessarium post ὠκυβόλων (de πτανῶν i. e. ὀρνέων cfr. Ai. 168). —

In diverbiis interpolata sunt haec: ὡς El. 61, με 890 (cfr. O. R. 1150 σε post ἱστορεῖ erasnm); τῇσδ' O. R. 630, οὗτος O. C. 1148, μὲν O. C. 459, ἐν O. R. 1157; trimetri restitnendi causa (cfr. supra p. 74) Ai. 369 et O. C. 1677 οὐκ, Ai. 905 ἄρ', Trach. 898 τίς; cfr. Nanck. ad Ant. 1314; paroemiaci amovendi gratia (cfr. Hermanni adnot. ad Phil. 1462 sq.) ἐγώ Ant. 939. — Haud aliter *Trach. v. 879* corruptus videtur inserto πρός γε, cnm genuinus versus esset: σχετλιώτατα πρᾶξιν. εἰπὲ τῷ μόρῳ. —

In melicis inserta snnt nonnulla temere: El. 1410 ὦ τέκνον ὦ τέκνον alterum ὦ (cfr. O. C. 1099 ὦ πάτερ ὦ πάτερ pro ὦ πάτερ, πάτερ), Trach. 98 πόθι μοι πόθι μοι alterum μοι; similiter *ib. 972* ἐγὼ additum pnto (οἴμοι ἐγὼ σοῦ, πάτερ, οἴμοι σοῦ μέλεος). —

Ex consuetudine quadam usuque loquendi addiderunt librarii O. R. 180 ἁ (γενέθλα accentu a m. rec.), Ant. 139 τά, Phil. 696 τάν, 196 του, El. 174 ἐν, Ant. 113 εἰς, Phil. 135 μὲ, O. C. 152 τε (cfr. Dind.), O. R. 666 O. C. 175 Ant. 1147 καί; O. C. 1776 γάρ cfr. Ai. 706, El. 1081 οὖν, O. C. 1670 φεῦ post αἰαῖ.

Perspicuitatis et interpretationis causa interpolata sunt: El. 129 πατέρων, 838 ἀπάταις, Ant. 966 πετριῶν, 1289 λόγον, O. C. 219 ἀπόγονον, 1069 φάλαρα, Phil. 150 μέλημα; Ant. 929 αὑταὶ ψυχῆς (cfr. Dind.), Trach. 995 ἀντὶ et θυμάτων; Ant. 628 τῆς μελλογάμου νύμφης; etiam *ib. 586* ἁλός post πόντιον, pro quo malim ποντίαν (θῖνα); nomina propria: Trach. 854 Ἡρακλέους, 840 Νέσσου θ᾽ ὑπό, Phil. 678 Ἰξίονα, El. 1396 Ἑρμῆς, O. C. 697 Πέλοπος; in priore parte sententiae id, quod ex altera intellegendum: El. 105 λεύσσω, O. R. 1349 ἀπ᾽, Ant. 851 οὔτ᾽ ἐν; Trach. 881 τίς, similiter O. R. 1350 ἔλαβε.

Additamenta sunt: El. 77 δύστηνος (ex v. 81), Ai. 885 ἴδρις (deest in Mosq. a. b), O. C. 138 ὁρᾶν, 179 ἔτι προβῶ; Ai. 714 γε (τε) καὶ φλέγει, El. 856 αὐδᾷς δὲ ποῖον; O. R. 896 πονεῖν ἢ τοῖς θεοῖς, O. C. 1758 κεῖσε μολεῖν, 1690 πατρὶ ξυνθανεῖν γεραιῷ, Phil. 1407 σῆς πάτρας et ἀλλ᾽ εἰ δρᾷς ταῦθ᾽, ὥσπερ αὐδᾷς. Etiam *O. C. 1775* inutilia verba ὃς νέον ἔρρει tale additamentum puto. — *Phil. 834* verba πῶς δέ μοι importune inserta arbitror (cfr. Bergkii et M. Seyfferti adn.; τἀντεῦθεν Seyffertus recte in τά γ᾽ ἔνθεν mutavisse videtur: ποῖ δὲ βάσει τά γ᾽ ἔνθεν = κεῖνό μοι, κεῖνο λάθρα). — O. R. 1303 sqq. complura interpolata sunt: verba φεῦ φεῦ δύστανος (1303) delevit Dindorfius ut inlata ex v. 1308; versum 1305 delevit Nauckius, videntur additicia sola verba πολλὰ δ᾽ ἀθρῆσαι, de quo infra dicetur; 1307 φεῦ φεῦ del. Hermannus; 1310 eiecit Nauckius de priore Dindorfii sententia διαπέταται. — Similiter manus interpolatoris invasit O. C. 1690 sqq. Hic Dindorfius delevit ξυνθανεῖν γεραιῷ, non minus πατρί delendum esse alii viderunt. In *v. sq.* γ᾽ ὁ μέλλων manifestum est additamentum, de ceteris, de 1713, 1716 infra dicetur. In *v. 1693 sqq.* alii alia deleverunt: Elmsleius φέρειν χρή, Burtonus οὕτω, Bergkius φέρον ἐκ, οὕτω et 1721 τό; mihi videntur καλῶς et χρή, de quibus etiam Nauckius cogitavit (aeque Kirchhoffius Eur. Iphig. Aul. 302 ed. suae δεῖ expunxit) interpolatori

deberi, in v. *1722* autem ante του intercidisse νου: ενου i. e. αἰνοῦ cfr. Ai. 706 αἰνὸν ἄχος. (ὦ διδύμα τέκνων ἀρίστα | τὸ φέρον ἐκ θεοῦ φέρειν | μηδ' ἄγαν οὕτω φλέγεσθον· οὔ τοι καταμεμπτ' ἔβητην = ἀλλ' ἐπεὶ ὀλβίως γ' ἔλυσεν | τὸ τέλος, ὦ φίλαι βίου | λήγετ' αἰνοῦ τοῦδ' ἄχους· κακῶν γὰρ δυσάλωτος οὐδείς). —

Nullo omnium, quos adtulimus, loco rationis antistrophicae gratia quidquam interpolatum videmus (cfr. etiam O. R. 1195 οὐδένα μακαρίζω pro οὐδὲν μακαρίζω scriptum cum 1203 Θήβαις ἀνάσσων pro Θήβαισιν ἀνάσσων), ubique unius ipsius loci causa vocem quamque adiectam. Seqnitur, ut molestum sit eundem locum et strophae et antistrophae eiciendis verbis tentare. Improbandae igitur sunt et id quidem non hac una causa suspiciones Hartungii de O. R. 1331 et 1351 (τλάμων, πράσσων); Bergkii de Phil. 711, 723; 716, 728; de O. R. 1187, 1197; Nauckii de O. C. 510, 522; de ib. 697, 710. Hoc loco Bergkius Πέλοπος delevit et 710 pro αὔχημα scripsit σχῆμα (Meinek. κτῆμα), Ritschelius praeter Πέλοπος etiam πω in πώποτε et 709 εἰπεῖν proscripsit; Hermannus et Dindorfius 710 ante αὔχημα addunt χθονός cum Porsono. Omnium rectissime videtur iudicasse Bergkius. — O. R. 890 sq. delet Bergkius verba τῶν ἀσέπτων, ἢ, ἕξεται et in v. ant. 904 sq. πάντ' ἀνάσσων, ἀθάνατον, Nauckius ἀσέπτων ἔρξεται ἢ τῶν delere et 904—906 scribere vult Ζεῦ μὴ λάθοι τὰν σὰν ἐς αἰὲν ἀρχάν· φθίνοντα γάρ, πάντ' ἀνάσσων, Λαΐου. At certum est verba πάντ' ἀνάσσων nec deleri nec loco moveri debere, et quum versus antisrophici nihil habeant suspecti, nisi quod ἀθάνατον in ἀδάματον mutandum esse supra (p. 54) vidimus, etiam versus strophici integri sunt habendi, in quibus cum aliud sit τῶν ἀσέπτων ἔρξεται, aliud τῶν ἀθίκτων ἕξεται alioque spectet, nulla est causa offensionis.

XX. Num ex verbis interpretationis causa superscriptis ortae sint corruptelae.

In melicis igitur saepe perspicuitatis causa verba primo adscripta vel superscripta quum metrum non aeque atque in diverbiis intercederet, in ipsum postea textum irrepsisse cognovimus. Illud nunquam factum videmus, ut verba notiora et recentiora antiquis et minus notis superscripta postmodum inferrentur. Pauca eius generis

invenimus in iis variis lectionibus, quas supra (p. 9 sq.) conlegi. In diverbiis illa causa interpretationis, quod est Sophoclis dicendi genus, haud ita facile haberi poterat et quae supra contulimus in diverbiis interpolata, alius naturae sunt. Accedit, quod si quid superscriptum erat, librarii ex metro facile cognoscere poterant, quid genuinum esset, quid alienae manui deberetur, idque eos cognovisse intellegitur item ex illis variis lectionibus, de quibus modo dicebam. Omnino hoc in textu Sophoclis usu venisse videtur, ut pauca verba interpretationis causa adscripta aut cum *γρ.* ad marginem adservarentur, si speciem variae lectionis habebant, aut supra textum relinquerentur; exstant enim pauca etiamnunc superscripta. (Ai. 1137 *καλῶς* super *λ* superscr. *κ* i. e. *κακῶς* et supra adnot. *ἀντὶ τοῦ ἐμπείρως;* O. R. 605 *τοῦτ' ἀλλ'* cum *τοῦτο δὲ* gl. rec. superscr., 815 super *νῦν ἔστ'* gl. m. recentis *ἄλλως*, quae *ἄλλος* scribere voluit; O. C. 875 *χρόνωι βραδύς*, superscr. *γηρῶν βαρύς* (i. e. *γήρᾳ βαρύς*) a m. perantiqua); Ant. 187 *χθονός* superscr. a m. pr. *πόλεως;* 1136 *τὰν* ex *τᾶν* factum, superscr. a m. pr. *ἦν;* 1232 *ἀντειπὼν λως* „*ν* ante *λ* ex *ο* facto et *ὅ* superscripto a m. pr. Eadem m. *ξίφους* supra versum“. Illud *ν* ante *λ* ex *ο* factum argumento est, nihil aliud voluisse librarium quam *ὅλως*, quod vidit Dindorfius; illud *ὅλως* depravatum esse ex *τέλος* supra (p. 8) monui; *ξίφους* autem ex adnotatione scholiastae fluxit; Phil. 1218 *ὁμοῦ* superscr. a m. pr. *ἐγγύς*. — Uno loco, Phil. 1322 (*εὔνοιαν σοι*) librarius videtur sensum eius, qui *σοι* super *εὔνοιαν* scripserat (*εὔσοιαν*), ignoravisse et temere *σοι* in textum recepisse.

His praemissis, quae principio sunt documento haud facile memoriam fabularum Sophoclis obnoxiam fuisse illi corruptelae generi, ipsos locos, quibus emendationes inde repetitae sunt, adgrediamur. Horum nescio an plurimum valeat O. R. 640, ubi Dindorfius pro *δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν* scripsit *θάτερον δυοῖν κακοῖν*, ut illud ex superscripto *ἀποκρίνας* factum sit putandum. Hanc coniecturam, quam Nauckius aliique amplexi sunt, nullo modo probare possum. Primum enim monosyllabum *δυοῖν* suspectum habere non licet, quum Erfurdtius simile *Ἐριννύων* tribus syllabis ex Euripide adtulerit, quum d u a s monosyllabum et d u a r u m dissyllabum interdum reperiri apud Plautum et Terentium ipse Dindorfius moneat, quum denique etiam

ἕως (et ἕωσπερ) „nemo unquam" praeter Sophoclem in unam (vel duas) syllabas contraxerit. De producta secunda in ἀποκρίνας cfr. quae Erfurdtius adtulit. Deinde vis secernendi, eligendi (cfr. Herod. 3, 25; 6, 130; 8, 7 τῶν νεῶν ἀπασέων ἀποκρίναντες διηκοσίας et O. C. 641) dictioni acerbitatem quandam addit, qua aegre careas. Denique ipsa locutio δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν tam graeca est quam quae maxime, id quod ii neglexisse videntur, qui ἕν desiderant, cfr. Thuc. I, 33 μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν ἢ κακῶσαι ἡμᾶς ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι et quos ibi adferunt interpretes locos Demosth. 19, 151; Antiph. 1, 20; cfr. Thuc. I, 122 καὶ οὐκ ἴσμεν ὅπως τάδε τριῶν τῶν μεγίστων ξυμφορῶν ἀπήλλακται, ἀξυνεσίας ἢ μαλακίας ἢ ἀμελείας. — O. C. 475 Dindorfius νεαρᾶς pro νεαλοῦς et ib. 702 οὔτε νεαρός pro οὔθ' ἁβὸς ex glossemate inlatum opinatur. Illo loco coniecturae νεαλοῦς certe Musgravii coniectura νεώροις, quam Nauckius recepit, praeferenda sit (ceterum cfr. supra p. 31), altero medela alia suppetit (cfr. supra p. 57) et si non suppeteret alia, ne tum quidem de glossemate cogitari deberet. Nam veram harum rerum causam supra (sub VI p. 24 sq.) aperuimus. Corrupta enim sunt talia iam eo tempore, quo nihil interpretamenti erat superscriptum. Trach. 602 τόνδε γ' εὐυφῆ pro ταναυφῆ, quod Wunderus restituit, non ex superscripto εὐυφῆ, sed ex vocabuli falsa divisione τόνδε τ' (γ') ἀναυφῆ ortum esse, perspicue ostenditur illo ἀ in La super εὐ scripto. Neque El. 102 ἀδίκως pro αἰκῶς ex glossemate, sed ex scripto ἀεικῶς (cfr. 216), pro quo anapaestum requiri videbant librarii, repetendum est. Ib. 422 etiamnunc superesse vestigium lectionis glossemate expulsae censent in La et Flor. γ., in quibus θαλλὸν τῷ scriptum sit, cum Bergkius genuinum κλῶνα τῷ restituerit. Sed illud τῷ ex consuetudine quadam librariorum natum esse supra (sub VII p. 27) demonstravi. Speciosum est, quod Wunderus Trach. 519 sqq. suspicatus est, pro κεράτων scribendum esse μετώπων, postea ἦν δ' ὀλόεντα πλίγματα cl. Hesych. πλίγμα· βῆμα ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ παλαιόντων ὅταν περιβάντες τοῖς σκέλεσι κατέχωσι (κατατρέχωσι Heinsius), ratus πλίγματα ad pugilatum antea descriptum, non ad luctam pertinere. Sed neque quisquam μετώπων interpretatus est voce κεράτων nec μετώπων post ἀνάμιγδα consentaneum neque aliena πλίγματα sunt a lucta, cuius genus supplantandi notatur verbis

ἀμφίπλεκτοι κλίμακες. Ib. 969 pro θανόντα coniecit Hermannus φθίμενον, quod metro comprobari videbatur; θάνατον scribendum esse vidit Bothius. Ant. 223 Dindorfius et Nauckius ex Aristot. Rhet. III, 14 receperunt σπουδῆς pro τάχους. Ex memoria Aristotelem adferre Sophoclis versus, cognoscitur ex Ant. v. 241 ibidem, v. 911 ib. III, 16, El. v. 256 Met. 4, 5 p. 1016, 31 laudato. Ut ille ποιεῖν pro δρᾶν, βεβηκότων pro κεκευθόσιν scripsit (*Ant. 241* non plane memoria lapsum eum esse putaverim, sed bene meminisse φροιμιάζει, secus τί pro εὖ), ita pro τάχους posuit σπουδῆς, quod scholiasta interpretandi causa pro τάχους scripsit. Ib. 1149 Dindorfius de Bothii coniectura recepit Ζηνὸς pro Διός. Quidni reciperet, cum requireret metrum? At metro iam consuluit M. Seyffertus emendatione Δῖον. Ib. 324 Wexius voluit pro τὴν δόξαν scribere δόκησιν (κόμψευε τὴν δόκησιν Wurmius act. phil. Monac. p. 366, G. Wolffius κ. νῦν δόκησιν) i. e. interpretationem scholiastae (cfr. Dindorf. adnot.) pro proba librorum lectione inferre. O. C. 496 Dindorfius scripsit τῷ μήτε σωκεῖν pro τῷ μὴ δύνασθαι, quod recepit Meinekius, Nauckius. Putat enim id, quod restituit Elmsleius, τῷ μὴ δύνασθαι μηδ' ὁρᾶν potius significare „ne videre quidem posse". Sed quis non sentit, aliam esse pronuntiationem horum verborum, si illud significare debent, aliam, si δύο κακά exprimenda sunt? Ib. 502 unde δ' ἄνευ, pro quo Hermannus coniecit δίχα, cuius vocis primam literam superesse opinantur, ortum sit supra (p. 28) ostendi. O. R. 1365 ἔφυι, pro quo Hermannus coniecit ἔτι, an ex ἔτι et superscripto ἔφυ contaminatis sit natum, is non dubitabit, qui noverit in La illud ι solere temere addi. Neque ib. 971, ubi F. G. Schmidtius παρόντα mutavit in γέροντα, illud παρόντα ex γέροντα et superscripta interpretatione παλαιά consarcinatum esse is hariolabitur, qui sciet quam saepe facileque παρόντα, γὰρ ὄντα, γέροντα, similia a librariis permutentur. Sagaciter sagacissimus vir Heimsoethius ib. 174 pro ἰηίων καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες conicit ἰηίους καμάτους ἀνύτουσι γυναῖκες et demonstrat, importunum illum genetivum interpretationis ἐλευθεροῦνται super ἀνύτουσι scriptae gratia positum esse. Equidem omnibus coniecturis, quas Heimsoethius (Cur. crit. ad trag. Graecos, I) in Sophoclem protulit, consideratis perpensisque non dubito adfirmare, multa ab eo viro docte, acute, subtiliter disputata, aliquot locos Sophoclis

bene emendatos esse, omnes vero coniecturas suspicionesque, quibus subiecta est illa glossematum opinio, probabilitate carere. Velut illa, ut pauca speciosa adferam, coniectura, quam is ad O. C. 610 proposuit φθίνει μένος ψυχῆς, ex ἰσχύς superscripto factum ratus μὲν ἰσχὺς χῆς i. e. γῆς, quamque in Indice scholarum Bonn. 1866 p. 4 exempli loco repetiit, corrumpitur sententia, oratio, numeri. Nam bene poeta a terra ad corpus, a corpore ad animum (πίστις, ἀπιστία) progreditur, male corpus post animum infertur; particula μέν aegre caremus; non admodum numerosum est: φθίνει | μένος | ψυχῆς | φθίνει | δὲ σώματος. — El. 697 Meinekius conlato Ai. 455 sq. εἰ δέ τις θεῶν βλάπτοι, φύγοι τἂν χὼ κακὸς τὸν κρείσσονα, ne articulus desideraretur, δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν coniecit; Heimsoethius autem ipsum articulum intulit sic: δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ὁ σθένων φυγεῖν, quod recepit Nauckius. Si recte articulus desideratur, probabilis est Meinekii coniectura, nam in La duae vel tres literae post αι in δύναιτ' erasae (δυναίοτο i. e. δύναιο superscr. το, ut putat Meinekius). Sed vide ne alia sit ratio illius loci, ubi sequitur τὸν κρείσσονα, alia huius, ubi ἰσχύων idem est quod ἰσχύων τις, quod ex ὅταν βλάπτῃ (scil. τινά) sponte intellegitur (ὁ δὲ ὑπὸ τῶν θεῶν βλαπτόμενος οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν δύναιτο). Cfr. etiam Ant. 131 ῥιπτεῖ — νίκην ὁ ρ μ ῶ ν τ' ἀλαλάξαι. — El. 762 Nauckius pro τοῖς δ' ἰδοῦσιν coniecit τοῖς παροῦσι δ', Heimsoethius τοῖς δ' ἄλλοισιν, quasi non optime nuntius verbis ὡς μὲν ἐν λόγῳ continuo communiter opponat τοῖς δ' ἰδοῦσιν addatque pro ἡμῖν verba οἵπερ εἴδομεν. Ceterum Nauckii coniectura τοῖς παροῦσι nihil nocet sententiae, Heimsoethii τοῖς ἄλλοισι nocet. O. C. 1192 pro αὐτόν iam Wunderus correxit ἔα νιν; hoc superscripto αὐτόν corruptum putat Heimsoethius; si verum est ἔα νιν (Dindorfius de anonymi coniectura ἔασον, Nauckius de Musgravii εἶξον scribit), αὐτόν ex ἄνιν pariter factum, atque ib. 1353 La habet a pr. m. αὐτόν pro ἀ' τόν. — De Heimsoethii sententia Ant. 783 ἐν κτήμασι factum est ex ἐν δώμασι, cui suprascriptum οἰκήμασι, O. R. 596 νῦν πᾶσι χαίρω ex νῦν πᾶς φιλεῖ με, 725 χρείαν ἐρευνᾷ ex αὐγὴν ἐρευνᾷ, 843 ὥς νιν κατακτείνοιεν ex ὡς Λάϊον κτείνοιεν. Nimirum facile est hac ratione omnes suas opiniones in textum inferre. Velut, ut unum exemplum adferam, Wexius Ant. 560 vehementer desiderabat verbum ὀφείλεσθαι comp. Anth. Pal. X, 105

θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα. Si calluisset illam emendandi rationem, non dubitasset scribere: *τοῖς ἐνερθ' ὀφείλεται.* — Sed iam satis est. Universe mihi liceat negare, innumeras eiusmodi coniecturas Wunderi (cfr. Emend. in Trach. p. 162 sq.), Hermanni, Dindorfii, Meinekii, Heimsoethii in Sophoclis textu emendando quidquam profecisse, ut iam ab hoc genere corruptelae memoria Sophoclis fabularum non videatur laborare. Quid ex parte veri opinioni illi subsit, supra ostendisse nobis videmur (sub VI p. 24 sqq.). —

XXI. Versus interpolati.

Restat, ut de interpolatione versuum in Sophoclis fabulis dicamus. Tam multa autem in hoc genere prolata sunt a viris doctis, ut paucos versus, qui in dubium vocari possint, superesse sit probabile. Iudicia vero singulorum adeo variant, ut eadem saepe alii vel maxime damnent, alii summo studio amplectantur et ut alii omnia tenacissime conservent, alii ubique interpolatorum operae occurrere sibi videantur. Quamobrem minus ut conspectum variarum opinionum suspicionumque multis sine dubio acceptum proponerem, quam ut ratione et via eam quaestionem ad aliquem finem perducerem, mihi proposui omnia quae alicuius momenti sunt, conferre, causam quamque integro iudicio examinare, postremo universam de hac re sententiam ex cognitione singulorum locorum efficere. Ceterum non omnia ad unum a me conlecta esse facile concedo; cui enim licebit in tanta commentationum scriptorumque copia nihil praetermittere? Quin ne adtinebat quidem, ita omnia congerere, ut ne levissima quidem otiosa hariolatio omissa videretur, dummodo ea, quae aliquam probabilitatis speciem haberent, commemorarentur. Consulto nihil dicetur de Deventeri opinionibus, cuius liber de interpolationibus quibusdam in Soph. tragoediis. Lugd. Bat. 1851 prorsus est futilis. Damnat is, ut totum argumentum comprehendam — causae enim quae adduntur inanes sunt — O. R. 54—7. 263. 411. 611—5. 845, 980—3. 1380. 1397. 1414 sq. — 354—79. 435—43. 547—82. 622—30. 987—90, maximam partem (24) versuum 1000—36, versus 1158—63, 1278. 1389 sq. 1451—8. 1515—23; ex 967 sq. verba *τὸν ἐμὸν — γῆς (πατέρ'· ἐγὼ δ' ὅδ' ἐνθάδε)*, v. 1380 et ex 1381 sq. verba *ἐμαυτὸν — ἅπαντας*, ex 1528 sq. verba *ὄντα — ἡμέραν (ὥστε θνήτ' ἐπισκοποῦντας μηδέν'*

ὀλβίζειν κτέ); El. 758 et 1345 (p. 60); Ant. 1028 (p. 13); Phil. 28 (p. 14); Trach. 800 (p. 62) et ex 538—40 verba *τῆς ἐμῆς — ὑπαγκάλισμα* (p. 61); Ai. 40. 41. 44. 46—50. 74—88; 531—40, 1120—41, 1346—69. — Etiam ea, quae A. Schoellius in Prolegomenis translationis germanicae et in Leutschii Philol. vol. XXVI, 3 et 4 init., vel quae Aldenhovenus in Iahn. ann. 97 (1868), p. 441 sqq. de versibus et partibus in O. Col. interpolatis disseruit, a meo sensu abhorrent. Aliorum quoque dubitationes ut de Phil. 298 sq., 1431 sq., Paldami de O. C. 540 (Ann. Ant. Disc. 1838 p. 1139), Wunderi de Trach. 1195—98 (Em. in Trach. p. 199 sqq.), Morstadtii de Ai. 853, 857 (Symb. crit. et exeg. ad El. Ai. Ant. 1864 p. 45 sq.), de El. 945 sq. (ib. p. 27 sq.); de ib. 1023 sq., 1046 sq., 1058 sqq. (ib. p. 30 sq.) omittere mihi liceat. — Ita autem rem ipsam adgrediemur, ut primo genera quaedam interpolationis quae iniuria iudicantur adferamus, post ea, quae spuria esse videntur, causasque et auctores aetatemque interpolationis statuere conemur, in qua parte simul ea enarrabimus, quae iniuria simili causae specie viri docti insiticia arbitrantur.

1. Num corruptelae interpolatione sanatae sint.

O. R. 1447 *τῆς μὲν κατ᾽ οἴκους αὐτὸς ὃν θέλεις τάφον*
θοῦ· καὶ γὰρ ὀρθῶς τῶν γε σῶν τελεῖς ὕπερ.

Nauckius putat, quum *ὃν θέλεις* corruptum esset, fortasse ex *ὀγκώσεις*, *v. 1448* opinatae lacunae explendae causa adiectum esse. Ego quid in hoc versu parum idonei sit non adsequor: Oedipus cum moribundi modo curam suorum Creonti commendet, debet de matris eiusdemque uxoris funere plura et accuratiora mandare, sed poeta, quia in hac re nihil gravius et fabulae ipsius causa speciosum erat, illum haec omittentem facit causa adlata, quod Creontis ipsius intersit Iocastae ut s o r o r i (*τῶν γε σῶν*) omnia iusta perfici. —

Ib. 1382 Badhamus deleto *v. 1383* scribit *ἔκθεον* vocem nullo usu comprobatam. —

O. C. 75 *οἶσθ᾽, ὦ ξέν᾽, ὡς νῦν μὴ σφαλῇς; ἐπείπερ εἶ*
γενναῖος, ὡς ἰδόντι, πλὴν τοῦ δαίμονος,
αὐτοῦ μέν᾽, οὗπερ κἀφάνῃς κτέ.

Nauckius deleto *v. 76* scribit *ἐπεὶ πάρει, αὐτοῦ μέν᾽ οὗπερ κἀφάνῃς*, in qua sententiarum coniunctione quam tandem vim verba

ἐπεὶ πάρει, quum sequatur οὗπερ κἀφανής, habeant non video. Verum non sine proprio poetae consilio viator causam studii sui exhibet et dicit, quantum cognoscat, videri sibi Oedipum non unum esse de multis; ὡς ἰδόντι quamquam apte dictum ab homine, qui de peregrino homine modo cognito nisi ex adspectu iudicare non potest, tamen etiam ad ea, quae viator ab Oedipo audivit, pertinet. Caecitate autem Oedipi, cuius vis saepius commemoratur (cfr. 141 sqq. 285 sq.) viator adeo commotus est, ut addat πλὴν τοῦ δαίμονος (cfr. v. 150) ac non sine iusta quadam rerum fatalium sibi ignotarum suspicione restringat id quod dixit ἐπείπερ εἶ γενναῖος. —

O. C. 1010 ἀνθ' ὧν ἐγὼ νῦν τάσδε τὰς θεὰς ἐμοὶ
καλῶν ἱκνοῦμαι καὶ κατασκήπτω λιταῖς
ἐλθεῖν ἀρωγοὺς ξυμμάχους κτέ.

Nauckius sagacissime *v. 1011* deleto scribit ἐλθεῖν ἀρῶμαι ξυμμάχους, quia hic verbum κατασκήπτω alia ac soleat vi sit usurpatum. At hoc quam saepe occurrit apud Sophoclem? Deinde reputandum, hic κατασκήπτειν coniunctum esse cum nomine λιταῖς. Denique si quid mutandum videtur, equidem καὶ κατασκήπτω ex κἀξεπισκήπτω corruptum putaverim. Verbis quidem cum ἐξ decompositis (cfr. Phil. 668 ἐξεπεύχεσθαι) Sophocles delectatur. —

O. C. 1281 ἢ τέρψαντά τι
ἢ δυσχεράναντ' ἢ κατοικτίσαντά πως

verba ἢ τέρψαντά τι corrupta, *v. 1282* interpolatum dixit Nauckius, sed iam ipse sententiam mutasse videtur. Blaydesii coniectura ἤ τι καὶ κνίσαντά πως reicienda. Verba quae commiserantur, eadem ad misericordiam movendam apta sunt (cfr. etiam v. 74 πάνθ' ὁρῶντα λέξομεν). Animadvertendum autem est, Polynicem sua, quae sequitur, oratione tum iucunda (τέρψαντα), tum miserabilia (κατοικτίσαντα) dicere sibi videri, Oedipo vero omnia molesta et odiosa (δυσχεράναντα) esse. —

Ib. 1500 τίς αὖ παρ' ὑμῶν κοινὸς ἠχεῖται κτύπος
σαφὴς μὲν αὐτῶν, ἐμφανὴς δὲ τοῦ ξένου;

Fr. Gu. Schmidtius (Anal. p. 46) mutato κοινὸς in καινὸς delet *v. 1501.* Recte κοινὸν Theseus dixit κτύπον, quum etiam vox Oedipi, licet is conlocutus solum sit cum Antigona, ad aures eius

pervenerit. Verba σαφὴς μὲν — ἐμφανὴς δὲ non interpolatoris sunt, sed cum maxime Sophoclis. V. 1501 bene Reiskius αὐτῶν in ἀστῶν mutavisse videtur. Ceterum Thesea non solum chorum, sed etiam Oedipum adlocutum esse inde adparet, quod Oedipus orationem eius excipit. —

Ib. v. *1747* ναὶ ναί. ξύμφημι καὐτός Dindorfius arbitratur confictum, cum vera lectio *Αν.* αἰαῖ ποῖ μόλωμεν primo leviter interpolata αν αἴ. αἴ. φεῦ. φεῦ ποῖ μόλωμεν, postmodum depravata in αν ναὶ, ναὶ κτἑ aliquem grammaticum commovisset, ut adderet *Χο.* ξύμφημι καὐτός. Haec ut sunt parum credibilia, ita hic sermo inter conloquentes non magis arte Sophoclis indignus videtur, quam v. 1741 *Αν.* φρονῶ. *Χο.* τί δῆθ' ὑπερνοεῖς. Lacuna autem post v. 1733 ita videtur statuenda:

ΙΣ. αἰαῖ. *ΑΝ.* — — ⏑ — ⏑

ΙΣ. φεῦ φεῦ, δυστάλαινα κτἑ, ut librarium ab αἰαῖ ad φεῦ φεῦ aberrasse putandum sit et ad αἰαῖ respondeat ναὶ ναί (1747), ad φεῦ φεῦ δυστάλαινα v. 1748 φεῦ φεῦ, ποῖ μόλωμεν. —

Ai. *5* πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον
ἴχνη τὰ κείνου νεοχάραχθ', ὅπως ἴδῃς
εἴτ' ἔνδον εἴτ' οὐκ ἔνδον.

Nauckius scribi vult τεκμαρούμενον pro καὶ μετρούμενον deleto *v. 6.* De μετρεῖσθαι ἴχνη cfr. quae Seyffertus scripsit. Hoc autem ipsum καὶ μετρούμενον ἴχνη τὰ κείνου κτἑ ut causa, cur Minerva Ulixem κυνηγετοῦντα dicat, necessarium est. Sunt autem illa verba argumentum tacitae actionis ante orationem Minervae oculis spectantium propositae. —

Ai. *1396* τὰ δ' ἄλλα καὶ ξύμπρασσε, κεἴ τινα στατοῦ
θέλεις κομίζειν, οὐδὲν ἄλγος ἕξομεν.
ἐγὼ δὲ τἄλλα πάντα πορσυνῶ· σὺ δὲ
ἀνὴρ καθ' ἡμᾶς ἐσθλὸς ὢν ἐπίστασο.

Schneidewinus (Philol. IV 476 sq.) delet *1396 sq.*, Nauckius damnat etiam *v.* *1398* et in v. sq. ἀτὰρ scribit pro ἀνήρ. Schneidewinus ignorat quid sit τὰ δ' ἄλλα καὶ ξύμπρασσε, quid κεἴ — κομίζειν, reprehendit locutionem οὐδὲν ἄλγος ἕξομεν, flagitari conservatis versibus contendit ἐγὼ δὲ ταῦτα πάντα, sententiarum nexum dicit interruptum, nam Teucrum, cum dicat σὲ δὲ (1393) Ulixem Atridis op-

ponens, intellegere ἐσθλὸν ἄνδρα νομίζω, concessivam autem rationem in adversativam mutare (τάφου μὲν — σὺ δὲ ἀνὴρ καθ' ἡμᾶς κτἑ). — Haec Schneidewini argumenta refutantur sententia interposita ἐγὼ δὲ τἄλλα πάντα πορσυνῶ, quae eiectis illis versibus tum ferri posset, si ἐγὼ γὰρ τ. π. π. diceretur. Praeterea non σὺ δὲ (1398), sed ἐσθλὸς δέ ἀνὴρ ὢν continuari deberet. De ceteris cfr. M. Seyfferti adnotationem. Σὲ δὲ igitur est „quod autem ad te adtinet et ad tuam voluntatem" (καὶ τὸν θανόντα τόνδε συνθάπτειν θέλω καὶ ξυμπονεῖν καὶ μηδὲν ἐλλείπειν κτἑ 1378). Neque vero opus est v. 1398 τἄλλα mutare vel in ταῦτα, de quo Schneidewinus et alii cogitaverunt, vel in τἀμά, de quo ipse cogitavi, sed quum hoc τἄλλα pertineat ad τὰ δ' ἄλλα καὶ ξύμπρασσε itaque haec excludat, ad ipsum τάφον refertur. Nauckius autem nobis dicat, num tandem credat, quum ἀτάρ mutatum esset in ἀνήρ, illos tres versus esse adfictos. Neque conlocatio verborum ἀτὰρ καθ' ἡμᾶς ἐσθλός sententiae eius suffragari potest, quum in hac conlocatione oppositum exspectes κατὰ ἄλλους οὐκ ἐσθλὸς ὤν. Illud concedo, quod Schneidewinum movit, in hac oratione Teucri desiderari inde a v. 1389 idoneum sententiarum nexum. —

Phil. 91 καὶ μὴ δόλοισιν· οὐ γὰρ ἐξ ἑνὸς ποδὸς
ἡμᾶς τοσούσδε πρὸς βίαν χειρώσεται.

Nauckius antea utrumque v. insiticium habuit, nunc delet *v. 92* verbis ἐξ ἑνὸς ποδὸς mutatis in ἐξ ἐμοῦ τρόπου vel ἐξ ἐμῶν τρόπων. — Post ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς κτἑ inutilis est sententia οὐ γὰρ ἐξ ἐμοῦ τρόπου. Omnia rectissime se habent et locutio ἐξ ἑνὸς ποδὸς de eo dicta, qui ad usum re vera non duo, sed unum pedem habet, et sententia ipsa, quam vel fortissimo dicere licet; nam non hoc sentit Neoptolemus propterea solum se uti nolle dolo, quia nihil periculi habeat vis, sed hoc: „Paratus sum aperta vi uti neque vero ullam causam perspicio, cur quis, quum nullum sit periculum in honesta vi, inhonestam praeferat fraudem", idque iuvenis dicit Ulixis stringendi causa, quem minus honesta quam utilia spectare novit, cum festivitate quadam. Cfr. cum his versibus v. 946—8. —

Ib. 293 καί που πάγου χυθέντος, οἷα χείμαιι,
ξύλον τι θραῦσαι.

Nauckius scribit ξύλον τε θραῦσαι deleto *v. 293,* videlicet quia probabile est, Philoctetam ut providum patrem familias iam ante quam

frigesceret sibi lignum fissum prospexisse. — Illud autem ξύλον θραύειν idem est quod nostrates dicunt „holz brechen" (i. e. lignum in silva colligere). —

El. 540 οὓς τῇσδε μᾶλλον εἰκὸς ἦν θνῄσκειν, πατρὸς
καὶ μητρὸς ὄντας, ἧς ὁ πλοῦς ὅδ' ἦν χάριν;

Nauckius πατρὸς mutat in πάρος secluso *v.* 541. — Vocis μᾶλλον (i. e. e o m a g i s) causa adfertur verbis πατρὸς καὶ μητρὸς ὄντας κτέ. Ita versus aliquid magni momenti continet, quo adlato multo aptius infertur sententia quae sequitur; versu 541 eiecto versus 540 prope otiosus est. —

El. 542 ἢ τῶν ἐμῶν Ἅιδης τιν' ἵμερον τέκνων
ἢ τῶν ἐκείνης ἔσχε δαίσασθαι πλέον;

quondam putabam eiecto *v.* 543 scribendum esse Ἅιδῃ τις ἵμερος τέκνων ratus τις hic vim habere „singulare quoddam" (desiderium), quae excludat versum insequentem, atque molestum esse ἢ ter repetitum, durum verbum δαίσασθαι. Nunc illa retracto meliora edoctus. —

Utrum ib. v. 586 Nauckius spurium putet, ut mutandum sit ἥτις, an versum 587 errans de codice Laurentiano, propter errorem typographicum, qui h. l. eius editionem turpavit, discerni non potest. Neutrum quidquam probabile habet. Qui autem εἰ θέλεις mutare voluut vel in εἰ θέμις (Meinek.) vel in εἰ σθένεις (Fr. G. Schmidt.), vim locutionis εἰ θέλεις hic accommodatissimam ignorant. —

Ib. 1458 σιγᾶν ἄνωγα κἀναδεικνύναι πύλας
πᾶσιν Μυκηναίοισιν Ἀργείοις θ' ὁρᾶν

varie tentaverunt: Froehlichius καὶ διοιγνύναι (antea δέμας pro πύλας), Hartungius κάμπεταννύναι, Herwerdenus κἀναπιτνάναι, Doederliuus πύλαις (e cod. Monac.), Reiskius πέλας scribi vult, ego cogitavi de κἀναδεικνύναι πέλας (vel πύλαις) et Ἀργείοις νεκρόν, ut Μυκηναίοισιν vim adiectivi haberet, Nauckius et Herwerdenus (O. R. ed. mai. p. 200) ita deleut *v.* *1459*, ut et in v. 1458 κἀναδεικνύναι et in v. 1460 αὐτῶν (cum Benedicto in ἀστῶν) muteut. — Quid obstat, quominus Sophocles Aegisthum dicentem faciat Μυκηναίοισιν Ἀργείοις τ ε, quasi is dicat „omnibus, omnibus civibus"? Alterum autem illarum coniecturarum genus propterea displicet, quod aptissime coniungitur

ἀναδεικνύναι — ὁρᾶν, minus apte ἀναπεταννύναι — ὁρᾶν, alterum, quod obiectum desideratur quodque Electram iuberi aperire fores cognoscitur ex v. 1464 καὶ δὴ τελεῖται τἀπ᾽ ἐμοῦ. Nisi igitur lacuna post 1458 statuenda est (δόμων ἀνοίξαντ᾽ ἐμφανῆ τὸν κείμενον), scribendum censeo aut λέγω σ᾽ ἀνοίγειν (cfr. 344) aut οἴγειν ἄνωγα, ut πύλας magis ad οἴγειν, ἀναδεικνύναι autem ad utrumque pertineat. Silentium quidem (σιγᾶν) quid sibi velit hoc loco, non satis perspicio. —

Ant. 4 ἄτης ἄτερ Bergkius ita sanare vult, ut scribat ἄτης, ὅπερ τῶν σῶν τε κἀμῶν κτἑ deleto *v.* 5. —

Ant. 707 ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ
ἢ γλῶσσαν ἣν οὐκ ἄλλος ἢ ψυχὴν ἔχειν,
οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.

Nauckius ex Priscian. Inst. gr. 17, 157 αὐτῶν εὖ φρονεῖν ita recipere vult, ut scribat ἀστῶν εὖ φρονεῖν et *v.* 708 deleat. — Sed ut in librorum scriptura nihil est, quod reprehendi possit, Prisciani autem memoria dubia videtur, ita et ὅστις γὰρ — μόνος ambiguum et verbis γλῶσσαν — ψυχὴν eiectis verbum διαπυχθέντες propriam vim causamque amittit. Accedit quod οὗτοι διαπτυχθέντες post ὅστις interposito versu 708 multo minus molestum est quam continuatis verbis ὅστις — δοκεῖ, οὗτοι. —

Trach. 1155 ἡμεῖς δ᾽ ὅσοι πάρεσμεν, εἴ τι χρή, πάτερ,
πράσσειν, κλύοντες ἐξυπηρετήσομεν.

Nauckius quia praeter Hyllum nemo eorum, quos adesse velit Hercules, adsit et quia ἐξυπηρετεῖν magniloquius sit dictum, deleto *v.* 1156 ut grammatici additamento scribit ἡμεῖς δέ σοι πάρεσμεν. — Primo quamquam Nauckius dicit manifesto ἡμεῖς πάρεσμεν idem esse quod ἐγὼ πάρειμι, tamen hoc loco ubi et Hyllus dicere debet, se unum ex familia adesse, et filius cum patre conloquitur, pluralis multum offensionis habere videtur. Verum verbis ἡμεῖς δ᾽ ὅσοι πάρεσμεν Hyllus se et amicos famulosque (cfr. 1194 καὶ ξὺν οἷς χρῄζεις φίλοις) intellegit, qui praesto sint, si quid rei ex oraculo sit gerendum, et promptum paratumque se offert (ἐξυπηρετήσομεν) pariter atque infra 1218 εἰ καὶ μακρὰ κάρτ᾽ ἐστίν, ἐργασθήσεται, ita ut utroque loco ante rem cognitam fidem suam obliget. —

Ib. 320 *εἶπ', ὦ τάλαιν', ἀλλ' ἡμιν ἐκ σαυτῆς· ἐπεὶ*
καὶ συμφορά τοι μὴ εἰδέναι σέ γ' ἥτις εἶ.

Nauckius deleto *v. 321*, quem absurdum dicit, pro *ἐπεὶ* scribit *τίς εἶ*. Quae verba absurda aut non necessaria (cfr. Dindorf. notam) existimant, ea ego artificioso poetae consilio deberi censeo. Deianira enim, ut inquietem animi suspicione agitati et cupiditate cognoscendi res puellae incensi celet, non simpliciter rogat, sed causam adfert utcunque inventam, quam in rem cum maxime particulae *ἐπεὶ καὶ — τοὶ* conveniunt. Non magis igitur subditicius est hic v. quam v. 312 sq. Sic poeta originem mali ipsam persequitur et exprimit. Sed quid multa? Verba (327 sq.) *ἡ δέ τοι τύχη κακὴ μὲν αὐτῇ γ', ἀλλὰ συγγνώμην ἔχει* ad illa, quae a Nauckio eiciuntur, spectant. —

Itaque suspiciones, quae in hoc genere commotae sunt, inanes se exhibent, et quamquam accidere poterat ut aliquod verbum corruptum sicut correctionis, id quod supra vidimus, ita interpolationis causa esset, tamen hae suspiciones cum per se multum dubii habent tum eo probabilitate carent, quod correctorem potius, id quod in promptu erat, verbum ipsum correxisse quam novum versum addidisse et veri simile est et usu experientiaque comprobatur.

Quod exemplum Nauckius ex Eur. Phoen. 1388 adfert (ad Trach. 321) *πλείων δὲ τοῖς ὁρῶσιν ἐστάλασσ' ἱδρὼς ἢ τοῖσι δρῶσι διὰ φίλων ὀρρωδίαν*, ubi cum *ΠΛCΙΝ* ex *ΠΑCΙΝ* corruptum esset, alterum v. lacunae explendae causa adiectum esse censet, eo mihi quidem nihil videtur probari; nam quod Nauckius obloquitur, spectantes nullo modo plus sudoris profundere quam fratres de capite decertantes, id ne refutatione quidem indigere videtur; *διὰ φίλων ὀρρωδίαν* autem est „anxia alterius fratris, cui alterutra pars studebat, sollicitudine". —

Aliud est, quod equidem suspicor de *Trach. 581 sqq.*, qui sunt:

καὶ πεπείρανται τάδε·
κακὰς δὲ τόλμας μήτ' ἐπισταίμην ἐγὼ
μήτ' ἐκμάθοιμι, τὰς δὲ τολμώσας στυγῶ.
φίλτροις δ' ἐάν πως τήνδ' ὑπερβαλώμεθα

τὴν παῖδα καὶ θέλκτροισι τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ,
μεμηχάνηται τοὔργον, εἴ τι μὴ δοκῶ
πράσσειν μάταιον· εἰ δὲ μή, πεπαύσομαι.

V. 585 damnavit Wunderus Em. in Trach. p. 194 sqq. Ei Dindorfius ita assensit, ut quattuor v. 584—7 in suspicionem vocaret putaretque Sophoclem Deianirae orationem versibus 582. 583 finivisse, qui aptissimi essent perorationi. V. 585 etiam Bergkius et Nauckius cancellis saepserunt.

Wunderus recte dicit verba θέλκτροισι τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ meram esse explicationem vocabuli φίλτροις eo molestiorem, quo plenius quid significet vocabulum φίλτρα, versibus praecedentibns declaratum sit, inutilissimum vero substantivum τὴν παῖδα. Quem ex Eustathio (p. 799, 3) adhibet locum: Σοφοκλῆς δὲ τὸ εἴ που εἰς τὸ ἐάν που μεταλαβὼν καθ' ὁμοίαν ἔννοιαν φράζει τὸ·

φίλτροις ἐάν που τήνδ' ὑπερβαλώμεθα,
μεμηχάνηται τοὔργον,

ἤγουν ἐμηχανησάμεθα τόδε, ὅπως τόδε τι ἀνύσωμεν, ex eo nihil certi effici posse videtur. Me magis etiam quam quae Wunderus adtulit, commovet additum τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ, quo nihil h. l. ineptius cogitari potest.

Suo autem iure Dindorfius continuos versus exagitat, in quibus reprehendit conlocationem sententiae ἐάν πως — ὑπερβαλώμεθα aptae ex verbis μεμηχάνηται τοὔργον. At quaeritur quae causa fuerit alicui ut hos quattuor versus adderet. Accedit quod κακὰς δὲ τόλμας nihil habet cui sit oppositum. Haec si reputaveris, tibi dubium non erit, quin v. 584 primo omissus et ad marginem adscriptus, postea post 582. 583 inlatus causa fuerit supplementi. Nunc etiam molesta forma πεπείρανται in πεπείραται, quod est in duobus apographis, iusta causa mutari potest. Itaque oratio Deianirae sic concluditur:

καὶ πεπείραται τάδε,
584 φίλτροις ἐάν πως τήνδ' ὑπερβαλώμεθα.
582 κακὰς δὲ τόλμας μήτ' ἐπισταίμην ἐγὼ
583 μήτ' ἐκμάθοιμι, τὰς δὲ τολμώσας στυγῶ. —

Similiter iudicat Zippmannus Athet. Sophocl. p. 36 sqq., *Phil. v. 880 et 889* interpolatos esse, cum v. 879, quem ille in locum

versus 889 substituit, omissus et ad marginem adscriptus, postmodum alieno loco inlatus esset, quam sententiam amplexus est Nanckius, impugnavit M. Seyffertus. — Ego illam suspicionem inanem esse puto alia causa commotus ac Seyffertus, qui quae de v. 889. 893 sq. aliter censet ac ceteri interpretes, ea probare non possum. — Ac primum quidem ὥσπερ νοεῖς (v. 889) non est, ut interpretatur Seyffertus, dicentis, „minus sua interesse, quomodo ab Neoptolemo allevetur h. e. alleveturne omnino necne quam ab famulis eius non allevari", sed nihil aliud est quam esse potest „ut in animo habes". Nimirum et M. Seyffertus et ii, qui hunc versum damnant, neglexerunt quid sit οἴσουσί σ' οἵδε (887). Videlicet Neoptolemus optionem dat Philoctetae, utrum adlevatus cum magna molestia ad navem eat an continuo a famulis ad navem portari velit (cfr. τοῦ πόνου γὰρ οὐκ ὄκνος). Ad quod Ph. non respondere potest σύ μ' αὐτὸς ἆρον quasi Neoptolemus denegaverit suam operam, unum respondere potest, quod sequitur, alteram optionis partem se velle, alteram nolle. —

Iam refutatis omnibus suspicionibus facile adparebit quid velit in σύ μ' αὐτὸς ἆρον hoc αὐτὸς, quod quidem facile mutare possis in αὖθις. Praecavere enim vult Philoctetes, quod fore praevidet, ut famuli ad illud negotium adcurrant; quam quidem cautionem Neoptolemus magis ab opinione inertiae famulorum (cfr. τοῦ πόνου γὰρ οὐκ ὄκνος) repetit, quam a vera causa, quae 890—2 exponitur. De ποτὲ in v. 880, quod Meinekius in τότε mutari vult, recte statuit M. Seyffertus.

Neque vero v. 879. 880 plane omitti possunt, quia proprium agnoscitur poetae consilium incohandi eius spectaculi, quo et Neoptolemus in adiuvando inope homine et spectatores molestiam adlevandi adspicientes summa misericordia commoveantur. —

El. 941 delevit Nanckius ut absurdum additamentum et v. 940 ante 939 conlocavit, quod recepit O. Iahnius. — Apud Euripidem ferrem ἢ τοὺς θανόντας ἐξαναστήσω ποτέ inlatum ante τῆς νῦν παρούσης πημονῆς λύσεις βάρος, apud Sophoclem nullo modo fero, a cuius arte hoc prorsus abhorret neque uno exemplo comprobatur. Estne igitur v. 940 delendus cum Morstadtio (Symb. El. A. A. 1864, p. 27 sq.)? Concederem, nisi versum 941 putarem egregium.

Chrysosthemis enim consueta ab Electra audire res a suo ingenio alienas memor conloquii antea cum ea habiti apte obloquitur ἢ τοὺς θανόντας ἐξαναστήσω πάλιν (sic enim supra p. 36 emendavi pro ποτέ); contra Electra iam intempestivae altercationis deprecandae et seriae orationis incohandae causa summo adfectu verba οὐκ ἔσθ' ὅ γ' εἶπον· οὐ γὰρ ὧδ' ἄφρων ἔφυν dicit, quo adfectu etiam Chrysothemidis animus convertitur, ut continuo parata sit consilia Electrae accipere.

Non minus alienam ab arte Sophoclis, qui ad naturae veritatisque regulam sese composuit, illam orationis seriem esse contendo, quam Nauckius El. 1222 sq. constituit: *HA.* ἦ γὰρ σὺ κεῖνος; ΟΡ. ἔκμαθ' εἰ σαφῆ λέγω· *HA.* σφραγῖδα πατρὸς — ΟΡ. τήνδε προσβλέψασ' ἄθρει. Quamobrem non licet dicere *ib.* *1210* diverbii aequabilitatem perturbatam esse, atque ille v. ut vel maxime in Sophoclis artem quadrat, ita necessario requiritur propter verba quae sequuntur: εὔφημα φώνει, quae ad unam δύσφημον vocem ταφῆς (cfr. Ai. 361 sq.) pertinent. Ceterum cfr. O. C. 334. — Itaque quod O. C. 28 sq. Nauckius opinatur uno versu deleto stichomythiae simul rationem restitutam esse, hoc nihil valere potest. Nihil aliud eo loco suspectum esse infra videbimus. —

Iniuria Wunderus *Trach. 999 sq.* verba τόδ' — καταδερχθῆναι delet verbis ἣν — ὅσσοις post 994 κρηπὶς βωμῶν transpositis (Em. in Trach. p. 138—47). Nam ut ἣν — ὤφελον ὅσσοις ad Κηναία κρηπὶς βωμῶν referri et debet et potest, ita ad vocabulum ἀκήλητον pertinet sententia τίς γὰρ — κατακηλήσει, in qua verba χωρὶς Ζηνὸς transpositis illis verbis sunt molesta — a Wundero quidem eiecta sunt —, non transpositis rectissime se habent. —

Addo hic paucos locos, ubi ex interpretationibus novos versus conflatos esse putant.

Ant. 775 Diudorfius de Hartungii coniectura scribit ὡς ἄγος φεύγειν προθεὶς deleto *v. 776*, quem cum μόνον ad τοσοῦτον adscriptum textuique inlatum esset, adhibito verbo subsecivo φεύγειν confictum esse putat. — Sed cum haec parum sint probabilia, cum probabilius μόνον ex τρέπειν depravatum sit (cfr. supra p. 27), tum videndum est, ne deliberate poeta hunc versum addiderit Creontis moribus accommodatum, qui ψυχρὸς ἐπὶ θερμοῖσι nihil nisi publicum commodum spectat. —

O. R. 74 λυπεῖ τί πράσσει· τοῦ γὰρ εἰκότος πέρα
ἄπεστι πλείω τοῦ καθήκοντος χρόνου

Bentleius et Porsonus mutato πέρα in περᾷ v. 75 deleverunt, quem ex Suida s. v. τοῦ καθήκοντος glossema esse adpareat. At si Suidae verbis: τοῦ καθήκοντος πέρα χρόνου τουτέστι τοῦ ὁρισθέντος· λέγεται δὲ καὶ τοῦ εἰκότος πέρα aliquid tribui debet, effici potest, Suidam legisse λυπεῖ τί πράσσει τοῦ καθήκοντος πέρα cum glossematis χρόνου et τοῦ εἰκότος πέρα, altero adscripto, altero supra scripto, ut ex his verbis locus ita interpolatus videatur, ut nunc habetur.

Sed quum scriptura librorum ea sit, quae aptissimum sensum praebeat et in orationem Oedipi optime conveniat — verba enim πλείω τοῦ κ. χρόνου causam adferunt verborum τοῦ εἰκότος πέρα „ultra opinatum temporis spatium", tanquam Oedipus dicat: non putabam eum ad hanc diem abfuturum esse, nam illud iter non tanti est temporis — quumque consilium poetae agnoscatur his versibus probabiliter continuo Creontem producendi, infirma est Suidae auctoritas, apud quem duae locutiones τοῦ εἰκότος πέρα et τοῦ καθήκοντος χρόνου ut idem significantes ex aliquo commentario depromptae esse videntur. —

2. Num lacunae expletae sint versibus interpolandis.

Post haec iam illud inquiramus, num in Sophoclis libris versus quidam lacunae, quae in iis aut notata aut ab grammaticis animadversa esset, explendae causa additi rursus ex textu sint expungendi.

De O. R. 800 iam supra p. 2 dictum est, quamquam is versus, si spurius esset habendus, nihil valeret in hanc quaestionem, quia ad recentius tempus pertineret.

Phil. v. 421 τί δ' ὁ παλαιὸς κἀγαθὸς φίλος τ' ἐμὸς grammatico deberi versum defectum utcunque explenti censet Dindorfius, qui proclivis est ad has opiniones. — Hic versus, qui vel maxime accommodatam continet sententiam, corrigendus est, non expellendus. Nam quod is corruptus est, id prudenti non indicium erit interpolationis. Alii alia machinati sunt. La habet τί δ' ὦ superscripto a m. pr. ὁ, spiritu leni super ὠ in asperum mutato, in apographis pluribus legitur τί δ' ὅς. Schneidewinus scripsit τί δ' αὖ, Badhamus τί

γὰρ ὁ, Meinekius *τί δ'; οὐ.* Id est responsum Neoptolemi, ut Philoctetes non potissimum num adhuc vivat Nestor, sed post verba *θάλλοντές εἰσι νῦν ἐν 'Αργείων στρατῷ* prius, cur Nestor non coerceat mala consilia in exercitu Argivorum, qua ipsa interrogatione altera continetur, quaesivisse videatur. Atque nihil mutatur de optimi libri scriptura, si scribimus *τί δ'; ᾧ* relatum ad verba *ἐν 'Αργείων στρατῷ* vel potius *τί δ'; οἷ.* Quum autem adpareat non aliter dici debere *παλαιὸς φίλος* atque Eur. Alc. 212 *σὺ δ' εἶ παλαιὸς δεσπόταις ἐμοῖς φίλος*, intellegitur particulam *τε* consueto more postmodum insertam esse. Itaque scribendum est:

τί δ'; οὗ παλαιὸς κἀγαθὸς ὃς ἐμὸς φίλος
Νέστωρ ὁ Πύλιός ἐστιν;

Quum *οσ* semel scriptum esset, cetera utcunque metro sunt adaptata. —

Similiter *ib.* 782 Dindorfius opinatur duodecim has syllabas *ἀλλὰ δέδοιχ', ὦ παῖ, μή μ' ἀτελὴς εὐχή* ab interpolatore positas esse, quum trimeter ab Sophocle scriptus intercidisset. Sed quum sententia ea sit, quae hic flagitatur, et quum certe interpolator trimetrum iambicum et confecturus fuerit et conficere potuerit, eo quod laborat versus, minime Dindorfii opinio comprobatur. Quae sit graviter corrupti versus medela, statui vix potest. —

O. C. 1435 *σφῷν δ' εὐοδοίη Ζεύς, τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι*
θανόντ', ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἕξετον,

cum Engerus utrumque v. deleri iubet, alii unum v. 1436 spurium habent (Hertelius coniectat *σφὼ δ' εὐοδοίη Ζεὺς ταφὴν τελεῖν ἐμοί* deleto v. sq.), Dindorfius aut totum versum aut verba *ἐπεὶ — ἕξετον* lacunae explendae causa ab interpolatore conficta arbitratur. — Si versus 1436 sana ratione corrigi potest — nam et elisio vocalis *ι* et sententia satis suspecta est —, nihil de hoc loco dubitandum erit. Nam id quidem negare non licet, recte Burgesium *εὐοδοίη*, quod Engerus ad verba *ἥδ' ὁδὸς κτέ* (1432) pertinere putat, mutasse in *εὖ διδοίη*. In iis quae vel Elmsleius cum cod. Laur. b scripsit *ἐπεὶ οὔ με ζῶντά γ'* vel Bothius coniecit *ἐπεὶ οὐ μὴ ζῶντά γ'*, manet elisio suspecta. Martinus suspicatus est *φίλ' εἰ τελεῖτέ μοι θανόντι· καὶ γὰρ ζῶντί γ' οὐκέθ' ἕξετον*, Heimsoethius *θανόντι γ', ὧν με*

ζῶντ' ἀπαξιοῖ πατήρ, quorum illud probabilitate, hoc recto sensu caret. Mihi videtur ἔπειμον in ἔπουμοι (La ἐπ' superscripto literis minutioribus ει) depravatum causa fuisse corruptelae: Polynices dicit: τάδ' (de rebus ominosis satis perspicue) εἰ τελεῖτέ μοι, θανόντ' ἐπεί μ', οὐ ζῶντά γ' αὖθις ἕξετον „nam si me iterum habebitis, mortuus ero, non vivus.“ Nihil obstat quominus Polynices eandem fere sententiam, quum valere iubet sorores, repetat. —

De versibus ib. 1713 et 1716 (1690), ubi item Dindorfius talem grammaticorum operam suspicatur, infra dicemus.

Ant. versibus *1111—1114* Bergkius putat lacunam quae post *v. 1110* fuerit, parum apte ab interpolatore expletam esse. — Sed ut supra p. 42 vidimus, quanta iniuria viri docti lacunam statuant hoc loco, ita suspicionem de v. 1111—1114 inanem habemus. Verba καὶ παρὼν ἐκλύσομαι respondent ad rogationem chori δρᾶ νυν τάδ' ἐλθὼν μηδ' ἐπ' ἄλλοισιν τρέπε (et ἐλθών et παρών notionem αὐτός continet) atque id cum Creon maxime in mente habeat, verba αὐτός τ' ἔδησα, quae absurde inlata arbitratur Dindorfius post ἐπειδὴ — ἐπεστράφη, non minus recte pro αὐτὸς δήσας interponi possunt quam Ant. 298 verbis τόδ' ἐκδιδάσκει φρένας χρηστὰς — ἵστασθαι interponitur καὶ παραλλάσσουσα. Figurate autem quin dictum sit ἔδησα et ἐκλύσομαι, dubitare non licet. —

Ib. v. 1301 arbitratur Dindorfius ab interpolatore profectum, qui verborum defectum utcunque expleverit. Alii prudentius in corruptis verbis vestigia verae scripturae deprehendere conati sunt (cfr. supra p. 74). —

Trach. 911 L. Dindorfius (in thes. gr. l. s. v. *Μέγας* V p. 654 cfr. s. v. *οὐσία* V p. 2419) spurium iudicat, G. Dindorfius lacunae explendae causa confictum opinatur, Meinekius eum v. post 906 conlocari iubet ita scriptum: καὶ τὰς ἄδαιδας εἰς τὸ λοιπὸν οὐσίας i. e. luxuriae adparatum in posterum facium luce non conlustratum. Versus, qualem supra p. 50 emendavimus καὶ τῆς ἀκηδοῦς εἰς τὸ λοιπὸν οὐσίας, et nitidissimus et suo loco accommodatissimus est. —

O. R. 1001 Herwerdenus arbitratur in genuini, qui excidisset, versus locum suffectum esse. Oedipus quia patre opinato mortuo de uno coniugio matris cogitat, ne nuntium quidem quidquam aliud sentire suspicatus addit πατρός τε κτέ, quo simul concedit ex parte

sane metum suum vanum adparere. Egregie igitur ut versus 1000 in nuntium iam aliquid insigne prolaturum, ita v. 1001 in animum Oedipi quadrat. Qui vero non videt, versum 1001 necessario requiri propter versus tres qui sequuntur, is prope caecutire videtur. —

Hae igitur de lacunis expletis opiniones non plus probabilitatis habent quam illae superiores de corruptelis interpolatione sublatis. —

3. Num versuum particulae insertae, versus ex interpretatione adscripta conficti sint.

Item lacunae explendae causa Leutschius (Philol. XI p. 777) *Phil. v. 1437—1440* verba ἐγὼ δ' Ἀσκλήπιον — τόξοις ἁλῶναι adficta putat. Iam Iacobus in quaest. Soph. p. 313 sq. hunc locum interpolatum iudicaverat, quia supra (1333) Neoptolemus auctore Heleno ab Aesculapii filiis, hic Hercules ab ipso Aesculapio Philoctetam sanatum iri diceret. Hoc verissime refutavit Buttmannus, cuius causam adsensu Hermannus comprobavit (cfr. Wunder. Adv. in Ph. p. 14 sq.). Leutschius vero negat, Herculi, qui nihil nisi Διὸς βουλεύματα (1415) referat, dicere licere se missurum Aesculapium aut causam esse, cur medicus mittatur, quum antea (1424) sit νόσου παύσει λυγρᾶς. Neque vero caussam perspici posse censet, cur poeta hic fabulam commutaverit, cum alias Machaon vel Podalirius Herculem sanasse prodatur. Denique causam τὸ δεύτερον γὰρ — τόξοις ἁλῶναι a ceteris abhorrere dicit, nam ad Herculis commodum Iovis consilia non pertinere. — Contra haec primo reputandum est Herculem non ut Iovis legatum, sed sua sponte de coelo descendisse (v. 1415 sqq.), itaque in eius oratione commixta esse et Iovis consilia et ipsius monita. Commutaveritne autem suo Marte Sophocles fabulam traditam an aliam secutus sit, ignoratur. Postremo ipsi sententiae τὸ δεύτερον γὰρ τοῖς ἐμοῖς αὐτὴν χρεὼν τόξοις ἁλῶναι subest causa, cur Hercules inducatur, ut ob hanc ipsam rem poeta propriam Herculis curam effinxisse putandus sit. Ceterum haec verba tam apte cum ceteris conhaerent, ut molestum sit operam lacunas explentium et quaelibet concinnantium agnoscere. —

At, dixerit quispiam, pariter *ib. 1365—1367* verba *οἳ τὸν ἄθλιον — Ὀδυσσέως ἔκριναν* inserta suut, quae Brunckius eiecit ratus incogitautiae argueudum esse poetam, si Philoctetae haec tribueret, qui nihil eorum, quae ad Troiam gesta fuisseut, ante illam diem comperisset, qui litem Ulixis cum Aiace de Achillis armis prorsus iguoraret, quiu supra v. 405 a Neoptolemo audivisset Aiacem ante Achillem fato functum esse. Plurimi secuti sunt Bruuckium Schaeferus, Jacobus, Buttmauuus, Diudorfius, Scbneidewiuus, Bergkius, Nauckius, defeudit locum Erfurdtius, Wunderus (Adv. in Phil. 18 sqq.), Hermauuus (Retract. adn. ad Soph. Phil. p. 18), nuper M. Seyffertus, qui verissime de hoc loco disserit et quod praeter illa repreheudit Bruuckius, colorem ipsum orationis, qui adsuti centonis mangouem prodat, id optime refutat. Equidem uou tam negligeutiam aut oblivionem excusandam, quam nihil commissum iu veritatem, quam dicunt, poeticam, uou violata artis praecepta ceuseo, quae non vetaut hic iu re, quae uon pertinet ad ipsum fabulae decursum, iu causis adferendis, quae invisos efficiant Neoptolemo Achaeos — uam Achillis arma Ulixi esse decreta ea coutumelia est ipsi Achilli inlata — Philoctetam plura dicere quam ei autea iu ficta Neoptolemi oratione tradita suut. Cfr. quae infra ad Phil. 36 adferentur et Trach. 824 sq. et quae Hermannus ad Phil. 416 disputat. Denique ii, qui illis verbis eiectis euuutiato *οἵ γε — συλῶντες* continuaut *εἶτα τοῖσδε κτἑ*, videant, ne quid desiderent in verborum complexioue. Cfr. versus 455—458, quos apte ob similem structuram orationis comparavit Seyffertus:

> *καὶ τοὺς Ἀτρείδας εἰσορῶν φυλάξομαι,*
> *ὅπου γ᾽ ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει,*
> *κἀποφθίνει τὰ χρηστὰ χὠ δεινὸς κρατεῖ,*
> *τούτους κτἑ.* —

Trach. 362 *ἐπιστρατεύει πατρίδα [τὴν ταύτης, ἐν ᾗ*
τὸν Εὔρυτον τῶνδ᾽ εἶπε δεσπόζειν θρόνων,
κτείνει τ᾽ ἄνακτα πατέρα] τῆσδε καὶ πόλιν
ἔπερσε κτἑ

verba *τὴν ταύτης — πατέρα* ab histrioue videutur Wundero (Em. iu Trach. 190 sqq.) interposita; eadem Hartungius delevit. Secuti

sunt Dindorfius, qui in adnot. Oxon. unum v. 363 ineptum grammatici additamentum indicaverat, Nauckius. Bergkius quoque in v. 363 manifesta interpolationis vestigia dsprehendit. Dobraeus v. 362. 363 deleri iussit ut tautologiam (Adv. II 38). Erfurdtius auctore Hermanno v. 363 versui 358 continuavit (λέγων τῶν Εὐρύτου τῶνδ' εἶπε δεσπόζειν θρόνων), Hermannus ipse postea verba sic accipienda esse censuit: „bello petit huius putriam, in qua Lichas Euryti regnum tenere illum (τόνδ' εἶπε) velle dicebat". — Sententia poetae ab his viris ignorari videtur. Contumeliosus et refutandi studiosus muntius: „Non regnum Euryti, inquit, Hercules petebat, sed patriam Ioles." Ita quod minus commode dictum putant πατρίδα — πόλιν de eadem urbe Oechalia, maxime aptum est, nam πατρίδα (heimat) cum acerbitate quadam invidiosa oppositum est verbis δεσπόζειν θρόνων hoc sensu: „Herculi minus Eurytus ibi regnabat, quam Iole habitabat." Unum τῶνδε (363) ferri non potest; Brunckius ex uno apographo recepit τόνδε. Levi mutatione admissa consilium poetae plane adsequi nobis videmur: τὸν Εὔρυτόν γ' ὅδ' εἶπε; nam particula γὲ demum oppositum illud fit apertum. Cfr. 466—478. —

O. R. 1280 sq. a multis varie tentatos Ellendtius (Ann. schol. Berol. 1838, II p. 693) in unum v. consociavit: τάδ' ἐκ δυοῖν ἔρρωγε συμμιγῆ κακά. Elmsleius delevit alterum v.; Dindorfius utrumque, scilicet additum lacunae explendae causa. Ut alterum vocabulum κακά abolerent, multi multa machinati sunt: Porsonus οὐχ ἑνὸς μόνου, Hermannus οὐ κείνου μόνου, Lachmannus μόνου μόνῳ (Hertelius οὐ μόνῳ κάρᾳ), M. Axtius συμμιγῆ τινα, alii μονοζυγῆ, οὐ πηγῆς μιᾶς, μονόστολα, οὐκ ἀνδρὸς μόνου (cfr. Schneidew. Philol. IV p. 757), ut taederet novam coniecturam addere, nisi una litera mutata omnia sana essent: τάδ' ἐκ δυοῖν ἔρρωγεν οὐ μόνου κάτα. Sed utcunque hoc se habet, de versibus ipsis nulli dubitationi locus est. Quod nt demonstremus, pauca disserere opus est *de narrationibus nuntiorum famulorumque.* In horum narrationibus iam complures adverterunt poetam hominum de plebe naturam et sentiendi loquendique morem expressisse (cfr. Boeckh. ed. Ant. Berol. 1843 p. 178) de industriaque eas sententias, eas locutiones iis tribuisse, quae minus subtiles, tersae, politae essent. Contra dici potest alias partes

Digitized by Google

cuiusque illorum orationis nihil eiusmodi habere, sed cum summa cura diligentiaque esse elaboratas. Quid ergo est? Nimirum Sophocles qui non minus naturae quam arti studebat, eam narrationis partem, ad quam sensus horum hominum nihil adtinent, sua elegantia composuit; contra judicia, sensus, opiniones sive ut proprio verbo utar, omnia subiectiva illos proprio more eloquentes facit. Qui igitur talia corrigunt aut submovent, ii non histrionum vel grammaticorum commenta, sed ipsius poetae consilia tollere putandi sunt. Inlustris in hoc genere oratio est custodis in Ant. 223—236, cuius A. Schoellius quidem versus *227—232* ut ineptos putidosque a suo Sophocle abiudicat. Bene viri docti Sophoclem in hac re cum Shakspeario compararunt. (Insignem loci similitudinem nondum contulisse videntur: O. R. 941 sq. et Iohann. R. act. IV, scen. II verba, quibus nuntius mortem matris refert). Ex illa autem custodis oratione Nauckius auctore Goettlingio submovit *v. 234*, qui menti illius hominis locoque suo accommodatissimus est. Corrupti quidem aliquid hic versus habet: quod Bergkius coniecit *φράσονϑ' ὅμως*, id etiam mihi in mentem venit. Conicere etiam possis *φράσων ὅμως* conl. Aristoph. Nub. 577 (*ὠφελοῦσαι*). Sed incerta res, hoc certum est, versum esse genuinum.

Inlustris quoque eiusdem oratio 388—400 est, in qua versus *392 sq.*

ἀλλ' ἡ γὰρ ἐκτὸς καὶ παρ' ἐλπίδας χαρὰ
ἔοικεν ἄλλῃ μῆκος οὐδὲν ἡδονῇ,
ἥκω δι' ὅρκων καίπερ ὢν ἀπώμοτος

sensui dictionique vulgaris hominis aptissimi sunt (cfr. inprimis vocabulum *μῆκος* et pleonasmum *δι' ὅρκων ἀπώμοτος*), ut neque *ἐκτὸς* de M. Seyfferti sententia in *ἄτοπος* mutandum neque Nauckii audaciae ullum verbum huius loci condonandum sit. Is enim ex duobus versibus 393 sq. sagacissime hunc unum concinnavit: *πέπεικεν ἥκω καίπερ ὢν ἀπώμοτος.* Vide denique quanta natura veritateque idem custos post longam narrationem adfectum suum aperiat versibus 436—440. Itaque nuntios aut cum prodeunt in scenam casum aliquem gravem relaturi aut ubi retulerunt, poeta facit sensus suos proprie enuntiantes, quia in eiusmodi rebus simplex simplicis hominis iudicium magnam vim habet ad animos commovendos.

Maxime nativa est nuntii, qui Antigonae et Haemonis mortem nuntiaturus exiit, oratio ib. 1155—1171, cuius et sententiae (cfr. 1156, 1158, 1165 sqq.) illi conveniunt et dictiones (*σιάντα* recte interpretatus est Seyffertus; recte idem *τῶν καθεστιώτων*, quod facete, ut a nuntio, dictum).

Idem nuntius finita narratione temperare sibi non potest quin addat *1242 sq.*

δείξας ἐν ἀνθρώποισι τὴν ἀβουλίαν
ὅσῳ μέγιστον ἀνδρὶ πρόσκειται κακόν,

quos versus quoniam ipse aliquando additicios et alienos ab hoc loco putavi, quia verba *τὴν ἀβουλίαν* ad Haemona pertinere viderentur et quia ea reprehensio coram Iocasta dedeceret nuntium, non succenseo A. Iacobo, qui pridem hos versus iisdem fere causis Sophocli abiudicavit. Duriuscula sententia cadit in hominis ingenium; ad hoc spectat etiam oppositum, quod inest in verbis *ἐν ἀνθρώποισι* (praecedit *ἐν Ἅιδου δόμοις*). Quod Iacobus praeterea adfert, Iocastam auditis verbis *ἤρεισε πλευραῖς μέσσον ἔγχος* evasisse, ut nuntio perterrito (*καὐτὸς τεθάμβηκα* 1246) non liceat hos versus addere, hoc est inane. Similitudo autem v. 1050 *ὅσῳ κράτιστον κτημάτων εὐβουλία* consulto a poeta quaesita est (cfr. 1178).

Similiter finitur oratio nuntii duobus versibus, ipsis quoque nuntii propriis, O. C. 1665 *εἰ δὲ μὴ δοκῶ φρονῶν λέγειν, οὐκ ἂν παρείμην οἷσι μὴ δοκῶ φρονεῖν*. Cfr. Trach. 373 sq.

Denique luculentum exemplum habes *Trach. 943—46*, quos quidem in locum genuinorum versuum suffectos arbitratur Meinekius (Anal. Soph. ad h. l.):

τοιαῦτα τἀνθάδ' ἐστίν. ὥστ' εἴ τις δύο
ἢ καί τι πλείους ἡμέρας λογίζεται,
μάταιός ἐστιν. οὐ γὰρ ἔσθ' ἥ γ' αὔριον,
πρὶν εὖ πάθῃ τις τὴν παροῦσαν ἡμέραν.

Famulae tribuendum est verbum *λογίζεται*, famulae quoque locutio *πρὶν εὖ πάθῃ τις*, quam ineptam dicit Nauckius.

Iam ut ad *O. R. v.*, unde degressi sumus, redeamus, dicere licet, consilium poetae eos ignorare, qui illos duo versus aut eiciunt aut in unum conflant. Verbis *ἐκ δυοῖν — μόνου κάτα — ἀνδρὶ καὶ*

γυναικὶ συμμιγῆ suo more subtiliter discernit rem nuntius, aeque ac paulo post ὄλβος et ὄλβος, ut aiunt, distinguit. — Addo, item aliena poetae obtrudere eos, qui in v. 1236 verba πρὸς τίνος ποτ' αἰτίας; corrigere volunt. Ita enim rogat chorus, ironice quodam modo respondet nuntius αὐτὴ πρὸς αὐτῆς. —

O. R. 62 libri habent:

τὸ μὲν γὰρ ὑμῶν ἄλγος εἰς ἕν' ἔρχεται
μόνον καθ' αὐτὸν κοὐδέν' ἄλλον· ἡ δ' ἐμὴ
ψυχὴ πόλιν τε κἀμὲ καὶ σ' ὁμοῦ στένει

(v. 62 in La in margine a m. pr. adscriptus est, ἄλγος in La omissum esse dicit G. Wolffius).

Aliter Teles apud Stob. (flor. 95, 21) hos duo versus exhibet:

τὸ μὲν γὰρ ὑμῶν ἄλγος εἰς ἓν ἔρχεται,
ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν καὶ πόλιν καὶ σὲ στένω.

Nauckius putat parum idonea esse verba μόνον καθ' αὑτὸν κοὐδέν' ἄλλον et neutrum ἕν commendari auctore Elmsleio versu 519. Equidem cum aliquamdiu existimarem hos contractos versus esse genuinos, hanc rationem habebam: putabam enim sollicitudinem singulorum civium dici oportere non in unum cadere — nam est iam in quoque —, sed simplicem (εἰς ἕν) i. e. ab uno quoque proficisci, in Oedipum autem sollicitudinem triplicem, ut a tribus profectam, ingruere.

Sed εἰς ἕν' ἔρχεται est „pertinet ad unum et in uno quoque continetur.“ Hoc cum minus definitum sit, apte μόνον καθ' αὑτόν adicitur; verba κοὐδέν' ἄλλον autem i. e. καὶ εἰς οὐδένα ἄλλον et consueto more (cfr. Ai. 20. 113. El. 525. 1072. Ant. 706. cfr. Ant. 810. Ai. 858) et propter triplex oppositum adduntur. Verba ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ vero aegre quis permutare velit pronomine ἐγώ. Denique multo probabilius est memoriae lapsu apud Stobaeum illos versus iacturam fecisse (cfr. Eur. Suppl. 433, ubi pro uno duos praebet versus Stobaeus, et O. Bernhardt. quaest. Stobenses p. 26) quam duos versus in tres tam apte egregieque distractos esse. Quod M. Schmidtius auctoritatem codicis La tueri sibi videtur scribendo τὸ μὲν γὰρ ὑμῶν εἰς ἕν' ἔρχεται μόνον, ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν καὶ πόλιν καὶ σὲ στένω, hoc magis temeritatis quam certae rationis est, partim Stobaei memoriam neglegere, partim sequi. —

Ant. 23 *sqq.* varie tentantur. V. 24 eicit Wunderus (etiam Paldamus Ann. Ant. Disc. 1839 p. 672 v. 24 ita tolli posse censet, ut cogitationum nexus non modo non interrumpatur, sed etiam adiuvetur); A. Iacobus autem non integrum v. 24 deleri vult, sed quia verba ὡς λέγουσι, sive ad σὺν δίκῃ — de iure nihil dubitavisse Antigonam — sive ad ἔκρυψε referantur — ipsam interfuisse sepulturae fratris sororem ex v. 900 sqq. intellegi —, hoc loco incommoda sint, componit ita versum:

Ἐτεοκλέα μὲν σὺν δίκῃ κατὰ χθονὸς
ἔκρυψε.

Pro σὺν δίκῃ ponit Schneidewinus ἦ δίκη, Kayserus ὡς νόμος, Dindorfius ὡς λόγος. Kolsterus Philol. V p. 223 sq. scribi vult Ἐτ. μὲν ὡς νόμῳ κατὰ χθονός et cetera verba ex interpretationibus (λέγουσι ad ὡς adscripto, σὺν δίκῃ, χρησθεὶς δίκαια „aequa rogatus") orta esse opinatur. — V. 23 ὡς λέγουσι non minus loco est quam φασίν v. 27 et v. 31, neque obstant v. 898 sqq., in quibus nihil dici de Eteocle infra videbimus. Hoc poeta eo consilio instituisse videtur, ut Creontem postea 163 sqq. ipsum omnia integra exponentem inducere posset (cfr. inprimis 192 sqq., in quibus quae dicuntur, ea sublato illo ὡς λέγουσι ab iis quae Antigona antea dixit, abhorrere vidit Nanckius Iahn. Ann. 65 p. 243). Neque vero quidquam causae perspici potest, cur quis hoc adiecerit. Nihil igitur suspectum est praeter verba χρησθεὶς δικαίᾳ, quae nemo a Sophoclis dicendi genere aliena esse iudicare non potest. Quamobrem ii sunt laudandi, qui emendatione huic loco succurrere student: alii alia tentaverunt: Nauck. l. c. κρίσει δικαίᾳ, Held. προσθεὶς δίκαια, Wieseler. χρηστὸς δίκαια, aliquis χρῆστ' εἰ δίκαια, alius etiam χρηστὸς ὁ θεῖος (sic), M. Seyffert. χρηστὸς δικαίᾳ. Vocabulum χρηστός ab hoc loco alienissimum est. Suspicor poetam scripsisse, quod acerbius esset: μνησθεὶς δίκης δὴ (vel δικαίων) i. e. „in altero fratre scilicet iuris recordatus." —

Ant. 673 αὕτη πόλεις ὄλλυσιν, [ἥδ' ἀναστάτους
οἴκους τίθησιν· ἥδε] συμμάχου δορὸς
τροπὰς καταρρήγνυσι.

La v. 673 habet πόλις θ' superscripto super θ' a diorthota τ', 674 συμ μάχη (συμμάχου Bothii coniectura est), unde Heilandius

(de stichom. trag. progr. Stendal. 1855 p. 15) symmetriae quae a v. 631—772 adpareat, restituendae causa — Creontis oratio 41 versus, Haemonis 40 continet — scribi vult:

αὕτη πόλεις τ' ὄλλυσι κἂν μάχῃ δορός.

Ut sentias quam moleste aliquid de hoc loco detrahatur, cfr. locum simillimum ib. 295 sqq.

οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν οἷον ἄργυρος
κακὸν νόμισμ' ἔβλαστε· τοῦτο καὶ πόλεις
πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων·
τόδ' ἐκδιδάσκει καὶ παραλλάσσει κτἑ.

Hinc etiam intellegitur minime cum Nauckio in v. 673 ἠδ' pro ἥδ' scribere licere, ut nihil dicam de dubia particula ἠδέ, qua singula nomina, non sententiae adiungi solent. Quid autem θ' insertum in cod. post πόλις scriptum, si non ex insequente litera Θ natum est, rationis habeat supra (sub VII, p. 27) vidimus. — Hic igitur locus nullo modo tentari potest; qua vero ratione potius par versuum numerus restitui debeat, suspicatus est Dindorfius et ego supra p. 41 certam causam adtuli. —

Multus nimiusque est in excidendis versuum particulis inprimis Nauckius. Is quomodo Ant. 393 sq. tractaverit, iam vidimus (p. 104). Idem *ib. 652 sqq.*

τί γὰρ
γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον [ἢ φίλος κακός;]
ἀλλὰ πτύσας [ὡσεί τε δυσμενῆ] μέθες
τὴν παῖδ' ἐν Ἅιδου τήνδε νυμφεύειν [τινί].

ita conflavit: — *μεῖζον; ἀλλ' ἀποπτύσας*
τὴν παῖδ' ἐν Ἅιδου τήνδε νυμφεύειν μέθες,

qua opera certe hoc effecit, ut verba *τί γὰρ γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον* inutilia sint et pronomen *τινί*, hoc loco non sine aliqua vi dictum, desideretur. De epica forma *ὡσεί τε* cfr. Seyfferti adnotationem. Praeter id post Meinekium reprehendit Nauckius vocem *πτύσας*, qua commotus etiam *v. 1232* damnavit. Corrigere sane possis v. 653 lenissima mutatione *ἀποπτύσας δ' ὡσεί τε* (vel ut omnia dubia aboleas *ἀποπτύσας σὺ δ' ὥστε*), sed qnidni Sophoclem, qui tam multa singularia habet, simplici verbo usum esse putemus? Hoc certe

demonstrari potest, versum 1232 submoveri non posse, ut illo loco dubitatio de locutione *πτύσας προσώπῳ* tollatur. Nam verba *κοὐδὲν ἀντειπών* tantum valent ad rem personamque describendam, ut nemo prudens iis carere velit; *πτύσας προσώπῳ* autem talis oris motus gestusque intellegendus, qualem spuentes efficiunt (scholiastae explicatio *οὐ κυρίως προσπτύσας τῷ πατρὶ, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐν συνηθείᾳ φαμέν· κατέπτυσεν αὐτοῦ, ὅ ἐστι κατεφρόνησε τῶν λόγων αὐτοῦ* acu rem non tangit) —

O. C. 28 *sq.* *ἀλλ' ἔστι μὴν [οἰκητός· οἴομαι δὲ δεῖν*
οὐδέν]. πέλας γὰρ ἄνδρα [τόνδε] νῷν ὁρῶ.

Nauckius sic concinnavit:

ἀλλ' ἔστι μήν· πέλας γὰρ ἄνδρα νῷν ὁρῶ.

Verba *οἴομαι δὲ δεῖν οὐδέν*, in quibus etiam Meinekius dubitat an secundum scholiastam ex praecedentibus *ἐλθοῦσαν ἐρωτῆσαί με* subaudiri nequeat, in legendo satis perspicua sunt, magis sunt in agendo. Ad actionem si animum converteris, et consecutionem et rationem horum verborum plane intelleges. Quod Nauckius *τόνδε* parum idoneum dicit, quia Antigona a l i q u e m, non h u n c hominem adspiciat, non mirari non possum: *τόνδε δεικτικῶς* dictum ut inprimis saepe adversus personas in scenam prodeuntes (cfr. O. C. 1249 (1253), ne quis cavillator obiciat, caeco Oedipo locum monstrari non posse; Eur. El. 107 *ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τήνδε προσπόλων τινά*, Jon. 392 sq. *εἰσορῶ γὰρ εὐγενῆ πόσιν Ξοῦθον πέλας δὴ τόνδε κτέ*). Cfr. supra p. 97. —

Ib. 743 *ὅσφπερ [εἰ μὴ πλεῖστον ἀνθρώπων ἔφυν*
κάκιστος,] ἀλγῶ τοῖσι σοῖς κακοῖς, γέρον

Nauckius aut verba *εἰ μὴ — κάκιστος* delere aut deleto toto v. 743 *μάλισθ' ὃς ἀλγῶ κτέ* scribere vult. Si Nauckius duos versus eiecisset, res aliquid probabilitatis habere posset; nunc vero nihil habet, quis enim credit ex vocabulo *πλεῖστον* ad *ὅσφπερ ἀλγῶ* adscripto aliquem illum versum invenisse. Nec quidquam est, quod sit reprehendendum. De *πλεῖστον κάκιστος* comparant interpretes Phil. 641 *πλεῖστον ἐχθίστης*. Sententia vel maxime orationi Creontis accommodata est, qui omnia confert, quae suis verbis fidem faciant bonaeque voluntatis documentum edant. —

Ib. 1249 *καὶ μὴν ὅδ' ἡμῖν, [ὡς ἔοικεν, ὁ ξένος*
ἀνδρῶν γε μοῦνος,] ὦ πάτερ, δι' ὄμματος

verba ὡς ἔοικεν — μοῦνος aut graviter corrupta aut potius interpolata putat Nauckius. De ὡς ἔοικεν cfr. Phil. 317, O. C. 1262; quid rei sit intellexit Schneidewinus: Antigona odii trucisque ingenii patris gnara trepidat in fratre denuntiando. Ceterum in tali denuntiatione (καὶ μὴν κτἑ) tres versus usurpari solent potissimum, ut mihi quidem videtur, hanc ob causam, ut interim persona adgrediatur.

Verba autem ἀνδρῶν γε μοῦνος, ut adtinent ad rem (cfr. 1206 sq.), ita mihi quoque corrupta, Dindorfio interpolatore defectum explente digniora quam Sophocle videntur. Nimirum γε μοῦνος corruptum est ex γ' ἔρημος vel ἔρημος (γε inserto eo, quem supra sub VII, p. 27 notavimus, more). De ἀνδρῶν ἔρημος cfr. O. R. 57 ἔρημος ἀνδρῶν, 1509 πάντων ἐρήμους, Eur. Or. 206 ἄλλων — ἔρημος ὤν; Andr. 78 et Herc. fur. 551 φίλων ἔρημος. —

O. C. 1411 ex verbis

καὶ σφῷν ὁ νῦν [ἔπαινος, ὃν κομίζετον
τοῦδ' ἀνδρὸς οἷς] πονεῖτον, οὐκ ἐλάσσονα
ἔτ' ἄλλον οἴσει τῆς ἐμῆς ὑπουργίας

mutato ἔτ' ἄλλον in ἔπαινον Nauckius haec efficit:

καὶ σφῷν ὃ νῦν πονεῖτον οὐκ ἐλάσσονα
ἔπαινον οἴσει τῆς ἐμῆς ὑπουργίας.

Utrum Sophocles κομίζετον pro κομίζεσθον usurpaverit metri causa, ut Trach. 80 ἄρας pro ἀράμενος, 255 διώμοσεν pro διωμόσατο, saepius media pro activis, an ἔπαινον κομίζειν sit laudem habere (φέρειν), ut minus apte comparent O. R. 580, non percipere, consequi (φέρεσθαι), dubitari potest. Ne τοῦδ' ἀνδρός ambiguum sit, cavet actor; est autem non ἐμοῦ, ut interpretatur Wunderus, sed τοῦ πατρός (quod corrigere liceret pro τοῦδ' ἀνδρός, si opus esset). Quum autem verba τῆς ἐμῆς ὑπουργίας non ab comparativo ἐλάσσονα pendeant, quae Nauckii opinio est, sed aut ab ἔτ' ἄλλον [ἔπαινον] „novam laudem officii in me conlati" aut ab οἴσει (ut τοῦδ' ἀνδρός ab κομίζετον), expeditam verborum structuram Nauckius suis versibus impedivit (conlato Eur. Andr. 706 loco admodum dubio). Denique οὐκ ἐλάσσονα ἔτ' ἄλλον esse i. qu. ἔτ' ἄλλον οὐκ ἐλάσσονα ὄντα adparet nec quidquam conlocatio verborum habet offensionis. —

O. R. 1496 τὸν πατέρα πατὴρ
ὑμῶν ἔπεφνεν. [τὴν τεκοῦσαν ἤροσεν]
ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη κἀκ [τῶν ἴσων]
ἐκτήσαθ' ὑμᾶς, ὧνπερ αὐτὸς ἐξέφυ.

ita restituit suo more Nauckius:

ὑμῶν ἔπεφν', ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη
κἀκτήσαθ' κτέ.

Primo reputandum est Oedipum enarrare, et quid in patrem et quid in matrem commiserit et quae foeda cognatio inter ipsum et filias intercedat. Deinde quam inutile est ad τὸν πατέρα πατὴρ addere ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη (longe alia ratio est v. 1485), contra quam vim haec verba habent post τὴν τεκοῦσαν ἤροσεν? Eandem quidem quam additum in v. 1485. Denique quam non probabiles causae proferuntur? Ὅθεν, quod perperam Meinekius mutari iubet in ὅπου, vel maxime Graecae consuetudini dicendi convenit. Constat quam mobilia sint Graecorum ingenia ad plures cogitationes complectendas. Facile igitur caremus coniecturis vel altera Meinekii (ὅθεν — ἠρόθη) vel Herwerdeni (ἐτράφη ex Aesch. Sept. 754). Quid huic in verbis τῶν ἴσων pro τῶν αὐτῶν positis tam vehementer suspectum sit, ut hoc nomine Nauckii audaciam felicem praedicet, non adsequor (aliud est ἴσος, aliud ὁ ἴσος; τῶν ἴσων μετέχειν τινί idem est quod τῶν αὐτῶν μ. τ.). —

El. 274 ταύτην προσαυδᾶν [τῷδε συγκοιμωμένην·
ἡ δ' ὧδε τλήμων] ὥστε τῷ μιάστορι

scribendum suspicatur Nauckius τ. πρ. ἥ γε τῷ μιάστορι, quo rectus ordo seriesque sententiarum tollitur; primum enim Electra de se, deinde de Aegistho, postremo de matre loquitur. Simulac Nauckii ratione sententia Ἐρινὺν οὔτιν' ἐκφοβουμένη sententiae μητέρ' εἰ χρεὼν κτέ subiuncta est, parum apte connectitur sententia ἀλλ' ὥσπερ ἐγγελῶσα κτέ. —

El. 565 sqq. ἢ ἐγὼ φράσω· [κείνης γὰρ οὐ θέμις μαθεῖν.]
πατήρ ποθ' οὑμός, ὡς ἐγὼ κλύω, θεᾶς
[παίζων] κατ' ἄλσος ἐξεκίνησεν [ποδοῖν]
στικτὸν κεράστην ἔλαφον κτέ

Nauckius sic contaminat:

ἢ ἐγὼ φράσω· πατήρ ποθ' οὑμός, ὡς ἐγὼ
κλύω, κατ' ἄλσος ἐξεκίνησεν θεᾶς
στικτὸν κτἑ

De verbo *παίζων* cfr. Schneidewini et Dindorfii adnotationem: neque *παίζων* neque *ποδοῖν* abesse potest, quia utrumque valet in culpam Agamemnonis minuendam, ut certe consideratius O. Iahnius integrum v. 565 cancellis circumscripserit. Verba *κείνης γὰρ οὐ θέμις μαθεῖν* non magis inutilia sunt quam v. 659 vel O. C. 793 verba *ὅς κείνου πατήρ*. Iis aliquid acerbe in Dianam dictum subesse, adfirmare non ausim (cfr. v. 570). —

El. 947 ἄκουε δή νυν [ἢ βεβούλευμαι ποιεῖν.
παρουσίαν μὲν] οἶσθα καὶ σύ που φίλων
ὡς οὔτις ἡμῖν ἔστιν κτἑ

Nauckius haec relinquit:

ἄκουε δή νυν· οἶσθα καὶ σύ που φίλων.

Quae adnotat, ea digniora aliquo cavillatore quam critico Nauckio sunt. Nomen *παρουσία* idem est quod latina vox praesentia, quam saepe de praesidio et auxilio magis intellegis, quam ut de contrario „absentia" cogites. At nulla *παρουσία φίλων* excludit *εἰδέναι φίλων παρουσίαν*: sane; at, ut par paribus referam, non excludit *εἰδέναι οὔτινα φ. παρουσίαν*. Vocabulum *παρουσίαν* autem hunc locum sortitum est, ut esset sensus: ‚Principio quod adtinet ad amicorum praesentiam'. —

El. 1146 μητρὸς σύ γ' ἦσθα μᾶλλον [ἢ κἀμοῦ φίλος
οὔθ' οἱ κατ' οἶκον ἦσαν,] ἀλλ' ἐγὼ τροφός

verba *ἢ* — *ἦσαν* num genuina sint dubitat Nauckius ita, ut poetae sensum etiam in v. sq. tollat. Hic quidem versus (1148) suspectus est Herwerdeno (O. R. ed. mai. p. 200). Nimirum neque Herwerdenus neque Nauckius aut Morstadtius intellexit quid rei sit. Hoc enim dicere vult Electra, se ut matrem in amore Orestis aequaverit aut superarit, ita *κατ' ἐξοχὴν* Oresti fuisse sororem, praecipue se nomen sororis ab Oreste percepisse quasi Chrysothemis et Iphianassa non adessent (*οἱ κατ' οἶκον* non solum ad *τροφός* pertinet). —

Ib. 1329 ὅτ' οὐ παρ' αὐτοῖς [ἀλλ' ἐν αὐτοῖσιν κακοῖς
τοῖσιν μεγίστοις] ὄντες οὐ γιγνώσκετε.

Suspicatur Nanckius scribendum esse:

ὅτ' οὐ παρ' αὐτοῖς ὄντες οὐ γιγνώσκετε

i. e. vos non domi esse ignoratis. Laudandns est Nanckius, qnod παρ' αὐτοῖς i. e. κακοῖς reprehendit, eiusdem ratio medelae nullo modo probari potest, ne propter sententiam quidem, quam invenit. Ego suspicor in ΠΑΡΑΥΤΟΙϹ latere ΠΕΡΑΠΟϹ i. e. πέρα πως ‚aliquo modo ultra (extra) mala'. —

Ib. 1337 εἴσω παρέλθεθ', ὡς τὸ μὲν μέλλειν [κακὸν
ἐν τοῖς τοιούτοις ἔστ', ἀπηλλάχθαι δ'] ἀκμή.

Ea verba videntur Nauckio interpolata, genuina fere haec:

εἴσω παρέλθεθ', ὡς τὸ μὴ μέλλειν ἀκμή

cl. Aesch. Ag. 1353 τὸ μὴ μέλλειν δ' ἀκμή.

Cur Nauckius hunc in modum non sanavit

El. 20 sqq. πρὶν οὖν τιν' ἀνδρῶν ἐξοδοιπορεῖν στέγης,
ξυνάπτετον λόγοισιν· ὡς [ἐνταῦθ' ἐμέν,
ἵν' οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ'] ἔργων ἀκμή.

praesertim quum praeiisset Schwerdtius, qui deletis verbis ἐνταῦθ' — ἀλλ' molesta forma ἐμέν vexari desiit? Verum quum hoc loco Nauckins v. 20 spurium existimet, oratio profecto nimis nude finiatur versu:

ξυνάπτετ' οὖν λόγοισιν, ὡς ἔργων ἀκμή,

non minns quam versu 22 versui 19 continnato.

Videmus qui sit finis harum opinionum, quae magis sunt lusus ingenii, quam diligentis consideratique critici consilia. — In v. 20 Nanckius verbnm ἐξοδοιπορεῖν nt putidum a Sophoclis ingenio alienum ducit. At ut is versns hand facile abesse potest, ita hoc quoqne videndnm, ne illud verbnm vel in personam vel in rem maxime conveniat, in personam, qnia et hic et infra 1326 sqq. oratio senis paedagogi nescio qnid proprii habet, in rem, qnia illo verbo quasi sentimus vim, qnam habeat excessus alicnius ex alta regia domo supervenientis. In v. 21 verba ἐνταῦθ' ἐμέν, ἵν' κτέ et clausulae orationis et personae paedagogi tam accommodata sunt, ut nemo iis non

aegre careat. Forma ἐμέν sane Sophoclis haberi non potest, nec quum correctus sit Trach. v. 292, cum Toupio scribere licet ἐσμέν correpta paenultima. Si quae innumerabiles coniecturae factae sunt, eas nova augere nollem, proponerem ὡς ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἔστ' ἔτ' ὀκνεῖν καιρός. — Neque vero minus accommodati sunt duo versus 1337 sq., accommodatum quoque verbum ἀπηλλάχθαι (i. e. re quam primum perfecta solutos esse negotio), non tam communiter dictum, ut τὸ μὲν μέλλειν κακόν, quam cum propria adhortatione coniunctum. —

Ai. 289 Αἴας, τί τήνδ' [ἄκλητος] οὔθ' ὑπ' ἀγγέλων
κληθεὶς ἀφορμᾷς πεῖραν οὔτε [του] κλύων
σάλπιγγος; [ἀλλὰ νῦν γε πᾶς εὕδει στρατός]

Nauckius ita coercet:

Αἴας, τί τήνδε πεῖραν οὔθ' ὑπ' ἀγγέλων
κληθεὶς ἀφορμᾷς οὔτε σάλπιγγος κλύων

Rectissime ab omnibus tentationibus hunc locum tuetur M. Seyffertus. Addo, repetitum ἄκλητος — κληθείς, ut aliis locis defenditur, ita hic in praecipitem instantemque anxiae mulieris sermonem cum maxime convenire. De coniecturis in eum locum prolatis hoc unum dico, Heimsoethii inventum αὐτόσυτος ab hac Tecmessae interpellatione alienissimum esse. Ceterum Aesch. Choeph. 838 iam Meinekius comparavit. —

Ai. 1058 ἡμεῖς μὲν ἂν [τήνδ' ἣν ὅδ' εἴληχεν τύχην
θανόντες ἂν] προὐκείμεθ' αἰσχίστῳ μόρῳ

Nauckius mavult eicere verba τήνδ' — θανόντες ἄν quam cum aliis (Helvetio, Morstadtio) θανόντες mutare in λαχόντες. Bergkius delendum censeret v. 1059, nisi talia in extrema fabulae parte aequo animo ferenda putaret. Mihi quidem persuasum est verba θανόντες ἂν προὐκείμεθα eiusdem auctoris esse, qui supra 988 sq. scripsit τοῖς θανοῦσι — κειμένοις, ut neutrum coniecturis amoveri debeat; v. 988 enim Herwerdenus et Meinekius τοῖς ἐχθροῖσι, M. Seyffertus τοῖς σθένουσι proposuit pro τοῖς θανοῦσι; Fr. Gu. Schmidtius Anal. p. 15 aut ὅτ' ὀρφανοῖσί τοι φ. π. καὶ νέοις ἔτ' ἐγγελᾶν scribi aut potius *v. 988 sq.* exturbari iubet, quae mea quoque sententia quondam fuit; 1059 M. Seyffertus moleste scribit φθάνοντες. Sed plura infra dicenda erunt. —

Ai. 1248 εἰ τοὺς [δίκῃ νικῶντας ἐξωθήσομεν
καὶ τοὺς] ὄπισθεν εἰς τὸ πρόσθεν ἄξομεν.

Nauckius verba δίκῃ — καὶ τοὺς spuria arbitratur. Verba εἰ τοὺς δίκῃ νικῶντας ἐξωθήσομεν non loco essent, si non antecederent, sed sequerentur cetera verba καὶ τοὺς ὄπισθεν κτέ. Nunc his verbis Agamemno multo magis speciem iuste legitimeque dominantis adsumit. Neque vero neglegendum est conservato illo versu universam complexionem verborum multo concinniorem esse et numerosiorem. —

Phil. 50 sqq. verba δεῖ σ' ἐφ' οἷς ἐλήλυθας — τί δῆτ' ἄνωγας aut subditicia aut corrupta putat Nauckius. Cfr., quae recte obloquitur M. Seuffertus. Verba ἀλλ' ἤν τι καινὸν ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας κλύῃς ὑπουργεῖν non significant „tum manu promptum esse cum quid audiveris etc.“, sed idem fere, quod ἀλλὰ κἂν — κλύῃς. Voce ὑπηρέτης vero mavult Ulixes antea aliquid humile in Neoptolemum dicere, quam postmodum probi iuvenis scrupulis impediri (cfr. 1008 sqq. παῖδα τόνδε — ἀνάξιον μὲν σοῦ, κατάξιον δ' ἐμοῦ, ὃς οὐδὲν ᾔδη πλὴν τὸ προσταχθὲν ποιεῖν). —

Phil. 255 οὗ μηδὲ κληδὼν [ὧδ' ἔχοντος οἴκαδε
μηδ' Ἑλλάδος γῆς] μηδαμοῦ διῆλθέ [που].

Nauckius in unum v. cogit:

οὗ μηδὲ κληδὼν μηδαμοῦ διῆλθεν.

Particulam που recte dicit M. Seyffertus coniectantis esse. Illud autem maxime consentaneum est animo Philoctetae exacerbato, quod continuo de universa Graecia id suspicatur, quod de una insula Scyro accepit. —

Ib. 265 ἔρριψαν αἰσχρῶς, ὧδ' [ἔρημον, ἀγρίᾳ
νόσῳ καταφθίνοντα,] τῆς ἀνδροφθόρου

genuina sola videntur Nauckio verba ἔρριψαν αἰσχρῶς ὧδε τῆς ἀνδροφθόρου. At ξὺν ᾗ v. 268 quo tum referendum est? Neque concedo ut Nauckius ξὺν ᾗ ad ἐχίδνης referat aut ξὺν ᾧ corrigat. Ceterum cfr. M. Seyfferti notam. Repetita autem vox ἄγριος, quae iam Buttmanno offensioni fuit, non minus suspecta est quam quae vocabula in versibus insequentibus 268—274 repetuntur. —

Phil. 598 τίνος δ' [Ἀτρεῖδαι τοῦδ' ἄγαν οὕτω χρόνῳ
τοσῷδ'] ἐπεστρέφοντο πράγματος χάριν

verba *Ἀτρεῖδαι — τοσῷδ'* interpolatori deberi suspicatur Nanckins. At cur locus O. C. 437—441 comparatus non satisfacit, ubi pariter id, quod est sententiae momentum, repetitur? Hic versu *ὅν γ' εἶχον ἤδη χρόνιον ἐκβεβληκότες* explicatur illud *τοσῷδε χρόνῳ* invidiose. Et quamquam pronomen *τοῦδε* abesse potest (cfr. 1364, 139, 957, Ai. 1050), tamen nomine *Ἀτρεῖδαι* aegre careas (cfr. 566, 586 sq.). —

Trach. 80 ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον [εἰς τὸν ὕστερον
τὸν λοιπὸν ἤδη] βίοτον εὐαίων' ἔχειν

Nanckins ita circumcidit:

ἢ τοῦτ' ἀναιλὰς βίοτον εὐαίων' ἔχειν,

repetens interpolationis originem a mutato *τοῦτο 'ναιλάς* (*τουτοναιλας*) in *τοῦτον ἄρας ἆθλον.* — Praetermitto ut leve argumentum in hanc coniecturam *βίοτον* continuo post *βίου* repetitum. De *ἄρας* cfr. quae supra (p. 110) ad O. C. 1411 dixi. Verba *εἰς τὸν ὕστερον* non ut supplementum lacunam explentis cum Diudorfio submovenda, sed corrigenda sunt. Reiciendum videtur, quod cum Koechlio reponit Bergkius *ὡς τὸν ὕστατον;* sed cfr. supra p. 59. —

Etiam magis abhorret a vero, quod ante Nauckinm Wunderus scribi iussit *ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον εὐαίων' ἔχειν* ratus *βίον* ex praecedente *τοῦ βίου* intellegi. —

Ib. 322 οὐ τἄρα [τῷ γε πρόσθεν οὐδὲν ἐξ ἴσου
χρόνῳ] διοίσει γλῶσσαν, ἥτις οὐδαμὰ —

ad unum v. reducendum Nauckius putat, ita fere:

ποῦ γὰρ διήσει γλῶσσαν, ἥτις οὐδαμὰ —

Argumenti summa *τῷ γε πρόσθεν χρόνῳ ἐξ ἴσου* et explicatio *ἥτις οὐδαμά κτἑ* tam bene concinneque coniunguntur, ut ne cogitandum quidem sit de interpolatione. Si verba *οὐδὲν ἐξ ἴσου* recte se habent, cum Dindorfio *ἀνίσως* interpretanda sunt (cfr. Eur. Hipp. 302 *ἴσον δ' ἄπεσμεν τῷ πρίν*). Videntur vero corrupta esse: cum *ἐξισοῖ* scriptum esset *ἐξ ἴσου, εἴπερ* correctum est in *οὐδέν* (*τῷ γε πρόσθεν εἴπερ ἐξισοῖ χρόνῳ*); nunc etiam particula *γὲ* magis locum habet. De *ἐξισοῖ* cfr. El. 1194 *μητρὶ δ' οὐδὲν ἐξισοῖ;* de correctione Trach. 266. —

Ib. 680 ἐγὼ γὰρ ὧν ὁ θήρ με [Κένταυρος πονῶν
πλευρὰν πικρᾷ γλωχῖνι] προὐδιδάξατο

Nauckius proscribit verba *Κένταυρος — γλωχῖνι*, quia non de doloribus, sed de morte Nessi appropinquante dicendum fuerit. Putat enim interpolatorem, ut adscriptum ad *θήρ* nomen *Κένταυρος* ad trimetrum augeret, reliqua adiecisse. Sed primo considerandum est, Deianiram quae omnia accurate enarrare vult (*μεῖζον' ἐκτενῶ λόγον*) hanc ipsam ob causam haec probabiliter addere; deinde prudenter poeta feminam, cuius animus iam malo omine agitatur, haec dicentem facit fatalemque ironiam ipsam exprimentem (cfr. 707 sq.) ob eamque rem non de morte propinqua Nessi, sed de *πικρᾷ γλωχῖνι*, de vulnere ab Hercule inlato loquentem. —

Trach. 1107 ἀλλ' εὖ γέ τοι τόδ' ἴστε, [κἂν τὸ μηδὲν ὦ
κἂν μηδὲν ἕρπω] τήν γε δράσασαν τάδε
χειρώσομαι κἀκ τῶνδε —

Nauckius sagacissime ita conflat:

ἀλλ' εὖ γέ τοι τόδ' ἴστε, τὴν δρῶσαν τάδε —

Sed ut haec opinio magis temeraria quam deliberata est, ita illa sententia *κἂν — ἕρπω* egregia est ad depingendam ulciscendi cupiditatem et eiectis illis verbis pertineret *κἀκ τῶνδε* ineptum in modum ad v. 1105 sq. —

Miror quod Nauckius nondum in eam opinionem incidit, ut illa ratione desperatum versum *O. R. 1495* sanandum putaret ex verbisque *τοιαῦτ' ὀνείδη λαμβάνων* [ἃ τοῖς ἐμοῖς γονεῦσιν ἔσται σφῷν θ' ὁμοῦ] δηλήματα versum eliceret *τοιαῦτ' ὀνείδη λαμβάνων δηλήμονα*. —

Ib. 1245 sqq. καλεῖ τὸν ἤδη Λάϊον πάλαι νεκρόν,
μνήμην παλαιῶν σπερμάτων ἔχουσ', ὑφ' ὧν
θάνοι μὲν αὐτός, [τὴν δὲ τίκτουσαν λίποι
τοῖς οἷσιν αὐτοῦ] δύστεκνον παιδουργίαν·
γοᾶτο δ' εὐνάς, ἔνθα δύστηνος διπλοῦς —

B. Todtius (Annal. schol. Berol. N. S. I p. 223 sq. sic constituit:

καλεῖ — νεκρόν,
γοᾶτο δ' εὐνάς, δύστεκνον παιδουργίαν,
μνήμην παλαιῶν σπερμάτων ἔχουσ', ὑφ' ὧν
θάνοι μὲν αὐτός, ἡ δὲ δύστηνος διπλοῦς —,

quae non solum temeraria in loco sanissimo, sed etiam falsa sunt (πρῶτον ψεῦδος fuit illi viro, quod rectam vim rationemque verbi τίκτουσαν plane ignoravit). —

Herwerdenus (Exerc. crit. p. 126) in *Trach. 924*

λύει τὸν αὑτῆς πέπλον, [ᾗ χρυσήλατος
προὔκειτο μαστῶν περονὶς,] ἐκ δ' ἐλώπισεν —

hoc medelae genus tentavit, ita tamen, ut adderet: „Si Sophoclea sint, minus recte a poeta addita esse iure contendas.“ — Alius iure contendat Herwerdenum minus sapere, quid poetae conveniat. — Deventeri eiusmodi hariolationes v. supra p. 78. —

Postremo commemorare, non refutare volo commentum Lissneri, qui (Ann. schol. Austr. vol. 47 p. 220)

Ai. 1311 θανεῖν [προδήλως] μᾶλλον [ἢ τῆς σῆς ὑπὲρ
γυναικὸς] ἢ τοῦ σοῦ θ' ὁμαίμονος λέγω

ita contrahit:

μᾶλλον θανεῖν ἢ σοῦ ξυναίμονος λέγω. —

I a m c o n t e n d e r e l i c e t o m n e m e o r u m o p e r a m, q u i c i r c u m c i d e n d i s v e r s i b u s a l i c u i l o c o m e d e l a m a d f e r r e v o l u n t, i n r i t a m e s s e, quia in Sophocle quidem non accidisse videtur, ut particulae versuum insererentur. Si quid adiciebatur, integros versus addi solitos esse comprobabitur etiam iis, quae infra ad Trach. 84 disputabimus. —

„In Sophocle quidem“ dixi, quia sane in libris Euripidis illud evenisse videtur. Velut

Hel. 9 Θεοκλύμενον ἄρσεν' [ὅτι δὴ θεοὺς σέβων
βίον διήνεγκ'] εὐγενῆ τε παρθένον

Nauckius verba ὅτι δὴ — διήνεγκ' interpolatori nomen Θεοκλύμενον secundum v. 14 sq. interpretanti magna probabilitate tribuit, quum nec numeri versus sint pleni et satis inepte dictum διήνεγκε, nisi forte etiam hoc loco Euripides ostentatione doctrinae aliquid sibi indulsisse (cfr. Bacch. 294 sqq., Iph. Taur. 32 sq.) videtur et versus corrigendus est (Θ. ἄρσεν' ἕν' ὅτι δὴ θεοὺς σέβων vel Θ. ἄρσεν' ὄνομ' ὃ δὴ θ. σ.). Alius locus est diversae rationis Rhes. 37 sq., ubi verba φυλακὰς δὲ λιπὼν κινεῖς στρατιάν repetita sunt, ut saepe in libris Euripidis, ex. v. 18 sq. —

Iam hoc quoque molestum videbitur eos versus expuugere, qui ceteris versibus — iuprimis insequeuti, nou praecedenti — structura verborum quasi iucreveruut. Velut

El. 1358 πῶς οὕτω πάλαι
ξυνὼν μ᾽ ἔληθες οὐδ᾽ ἔφαινες, ἀλλά με
λόγοις ἀπώλλυς, ἔργ᾽ ἔχων ἥδιστ᾽ ἐμοί.

Nauckius *v. 1359* futilem et iuutilem putat, ut scribi velit *πῶς οὕτω πάλαι λόγοις μ᾽ ἀπώλλυς κτέ.* Quem putas quaeso, ut etiam probabilitatis aliqua ratio habeatur, tum illum v. vel iuventurum vel iuculcaturum fuisse? Atqui hic versus tam egregie ex ipsa natura veritateque expressus est, ut nou ex iuterpolatoris cerebro, sed ex veri poetae iugenio profectum sese ipse exhibeat. Activum *ἔφαινες* autem neque molestum est, ut ne *ἔφαινές σ᾽* quidem opus sit scribere, quia *ξυνόντα σε* facillime subauditur, et multo accommodatius est quam passivum *ἐφαίνου* iu oratioue gratissime increpantis Electrae. Ceterum antea non corrigendum esse *ἥδιστον δ᾽ ἐμοὶ ποδῶν ὑπηρέτημα*, id non solum Meinekii ratioue probatur, qui dicit Electram cum pedes aeque ac manus adtrectare non possit, pro pedibus virum ipsum adloqui, sed etiam hac cogitatioue, transitum parari viri ipsius compellatioue ad novam senteutiam *πῶς — ἔληθες.* —

Similem Nauckii opinionem de El. v. 20 et Ant. 1232 iam supra (p. 113, p. 108) refellimus. —

Non secus O. R. 1410

ὅπως τάχιστα πρὸς θεῶν ἔξω μέ που
καλύψατ᾽ ἢ φονεύσατ᾽ ἢ θαλάσσιον
ἐκρίψατ᾽, ἔνθα κτέ

Meinekius (Anal. ad h. l.) mutato *ἔξω μέ ποι v. 1411* delet, quia Oedipus non supplicium, sed exilium repetat et quia quum *καλύπτειν* non idem sit qnod *κρύπτειν* „obscnro loco abscondere", tamen cum Burgesio verba *καλύψατ᾽* et *ἐκρίψατ᾽* trauspouere parum lubeat. Burgesium secutus est Nauckius, qui etiam *ἔξω μέ που* mutavit in *ἔξω με γῆς.* — De *φονεύσατε* cfr. v. 1441 cl. v. 100: Supplicium Oedipo etiam exoptatius esse potest exilio, sed Oedipus illnd sibi deuegatum iri scit, ut flagitare desistat; poeta vero hoc propter eventum ita instituit. Verba *ἔξω μέ που καλύψατε* autem idem

significant quod postea v. 1436 sq. repetit Oedipus (ῥῖψον — ὅπου θνητῶν φανοῦμαι μηδενὸς προσήγορος), nam non solum exilio a civibus abscondi, sed etiam in peregrina terra aliquo modo velari cupit, ut nullius hominis adspectui sit obnoxius. —

O. R. 1466 Nauckio suspectus est. Concinnior sane sit oratio, si scribas cum Brunkio ταῖν (τοῖν), sed inconcinnitas a poeta suo iure quaesita videtur. Verum molestum est cum Elmsleio ex προὔθη μέριμναν ad ταῖν δ' ἀθλίαιν — παρθένοιν intellegere προὔθου μέριμναν. —

O. C. 1394 καὶ πᾶσι Καδμείοισι τοῖς σαυτοῦ θ' ἅμα
πιστοῖσι συμμάχοισι κτἑ

aut τοῖς πᾶσι scribere aut totum v. abicere vult Nauckius. De ἅπασι cogitat Meinekius Hermanni explicatione „vel omnibus“ ab h. l. ablegata. Quid multa? καὶ nihil aliud est quam e t i a m: „Tu scis et refer etiam Cadmeis sociisque, ut tecum sciant“ dicit Oedipus cum gravi acerbitate (cfr. 1427—1430). —

O. C. 1640 ὦ παῖδε, τλάσας χρὴ τὸ γενναῖον φέρειν
χωρεῖν τόπων ἐκ τῶνδε.

v. 1640 abiecit Nauckius propter locutionem τλάσας τὸ γενναῖον φέρειν. Mihi nec φέρειν nec φρενί, quod plerique ex aliquot apographis receperunt, recte se habere videtur, sed φέρειν aut additum, quum in clausula versus genuinum verbum excidisset velut πάλιν cum χωρεῖν coniungendum (τλάσας τὸ γενναῖον „id quod generosum est ab animo impetrantes“) aut potius corruptum esse ex τρέφειν („generositatem gnaviter fortiterque in animum inducentes“ cfr. O. R. 356 τἀληθὲς γὰρ ἰσχῦον τρέφω). Versus, si quis alius, Sophocleus est. —

El. v. 588 damnat Wunderus (Em. in Trach. p. 17) cum aliqua probabilitatis specie, nam non de caede, sed de causa caedis et turpitudine cum ea coniuncta loquitur Electra. Sed πατέρα — ἐξαπώλεσας καὶ παιδοποιεῖς nihil aliud esse quam πατέρα — ἐξαπολέσασα παιδοποιεῖς intellegitur ex addito vocabulo πρόσθεν. Hoc enim quod falso referunt ad contrarium τὰ νῦν (v. 585), pertinet ad παιδοποιεῖς et significat quod nos dicimus „zuvor“, ut sententia sit haec: ideo cum Aegistho patrem interfecisti, ut dein cum isto concubares. —

4. Sententiae, causae particula γάρ adnexae.

Postquam partem eorum quae iniuria Sophocli abiudicantur, tractavimus, iam via puriore facta ad veras interpolationes transimus et causas adferemus, quibus quemque locum interpolatum esse existimemus.

Ac primam quidem causam suppeditat nobis *Ai.* 554, post quem libri habent versum

τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακόν.

Omittit v. adulterinum Stobaeus flor. 78, 9, delevit Valckenarius ad Eur. Hipp. 247, Brunckius. Sophoclis aut Euripidis aut alius veteris tragici versum esse putant ob similitudinem ad marginem adscriptum, mihi vocabulum κάρτα suspicionem movet, aliquem legentem v. 554 ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος oborto scrupulo hanc sententiam ita correxisse, ut τὸ μὴ φρονεῖν diceret ἀνώδυνον sane κακόν. Similiter Euripidis versu Orest. 554 ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν aliquis offensus iram expressit versu ἄνευ δὲ μητρὸς οὐδὲ συλλαβῇ τέκνου et alius ἄνευ δὲ μητρὸς πῶς, κάθαρμ' Εὐριπίδη.

Sed utcunque id est, illud comprobatur ut hoc ita aliis locis promptos fuisse posteriores grammaticos sententias et causas communes particula γάρ (vel ὡς) adnectere. Verum non solum grammaticos, quorum operam illo loco deprehendimus, sed etiam actores scenicos talia addidisse et per se probabile est, cum facile ex memoria eiusmodi versus expromerent, et confirmari videtur *El. v. 1173* πᾶσιν γὰρ ἡμῖν τοῦτ' ὀφείλεται παθεῖν, quem Bergkius delevit (Annal. Aut. Disc. 1835 p. 961 sq.). Hunc v. adfert Stobaeus flor. 118, 16 ex Aristophanis Polyido, ut de Bergkii sententia ex Euripidis Polyido depromptus esse videatur; similes versus habes apud Eurip. Alc. 419, 782, Androm. 1271 sq. cfr. frgm. 10 N., Orest. 1245. Qui Sophoclis novit morem, ei dubium esse non potest, quin poeta satis habuerit dicere θνητὸς δ' Ὀρέστης et concluserit adhortationem chori verbis ὥστε μὴ λίαν στένε. Versu illo nihil languidius esse potest hoc loco, ut taceam de ratione pronominis τοῦτο et de poetae consuetudine duo versus tribuendi choro post longiorem orationem alicuius personae.

Quaeritur igitur, ad quam regulam in hac quaestione iudicium dirigamus. Principio hoc contendere licet neque loquacem esse Sophoclem neque eiusmodi sententias adicere nisi quas res, conditio, orationis concinnitas i. e. ratio poetica postulat, ut maxime differat ab Euripide qui saepe magis rem exponit sententiarum causa — luculentum et prope ridiculum exemplum habes Hippol. 638 sqq. — quam sententias rei ipsius depingendae gratia adhibet. Illos ipsos versus, de quibus modo disputabamus, El. 1171 sq.

θνητοῦ πέφυκας πατρός, Ἠλέκτρα, φρόνει·
θνητὸς δ' Ὀρέστης, ὥστε μὴ λίαν στένε,

si comparas cum simili loco Euripidis Alc. 416 sqq.

Ἄδμητ', ἀνάγκη τάσδε συμφορὰς φέρειν·
οὐ γάρ τι πρῶτος οὐδὲ λοίσθιος βροτῶν
γυναικὸς ἐσθλῆς ἤμπλακες· γίγνωσκε δέ,
ὡς πᾶσιν ἡμῖν κατθανεῖν ὀφείλεται,

exemplum habes huius quam diximus differentiae.

A Sophoclis more alieni sunt *Ant. v. 313 sq.*, qui versus cum mihi ipsi gravem suspicionem movissent, eos iam a Bergkio damnatos esse vidi. Oratio irati Creontis concluditur aptissime sententia καὶ μάθηθ', ὅτι οὐκ ἐξ ἅπαντος δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν, irae parum accommodate sententia communis post illam iam inutilis infertur ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους, in qua verbum σεσωσμένους ab hoc loco abhorret. Ab histrionibus autem versus ii additi videntur (cfr. O. C. 795, Eur. Cycl. 311 sq.). —

Iure damnavit Meinekius (Symb. crit. ad Ant. p. 49) *Ant. 1250* confictum ex v. 1191, quem quidem M. Seyffertus coniectura ἄκαιρος (pro ἄπειρος) minus fastidiosum reddere voluit, Nauckius *Ai. 327*, qui molestissimus est, *O. C. 614 sq.* ut Sophocle indignos (cfr. Philol. IV p. 192 sq.), Hartungius *O. R. 1397*, cuius interpolator — histrionem fuisse probabile est — cogitavit de v. 1360, Dindorfius *El. versus 1485 sq.* ipso dicendi genere suspectos (de quibus infra dicetur). —

Item *Ai. 734* mihi incommodus videtur, quia non illo consilio quaerit Aiacem nuntius, id quod ibi continuo adparet. Apte sola

verba *ὡς φράσω τάδε* addit, ut parumper aliquam quaerendi causam adiciat. —

Neque *O. R. v. 598 τὸ γὰρ τυχεῖν αὐτοὺς ἅπαν ἐνταῦθ' ἔνι* decenter aut vere dici a Creonte puto, ut vix liceat numeros ex libro Flor. *γ* (*αὐτοῖσι πᾶν*) corrigere. Et huius et illius versus auctor videtur histrio fuisse. —

Non videmur nobis iam versus ab ipso poeta adiectos abiecisse. Enim vero summam diligentiam cautionemque in hac re adhibendam esse, ne praepropere damnemus quae poeta ex usu duxisse potest addere, ipse *παθὼν ἔμαθον*. Quum enim aliquando *El. 659* legerem, continuo mihi persuasi hunc versus Graecis molestum fuisse et postea inveni O. Iahnium eundem v. cancellis sepsisse. Verum cum paulo post incidissem in *O. C. v. 793*, qui quidem nunc a Nauckio de C. Lugebilii sententia deletur, sed eo loco aptissime gravissimeque infertur, iam desii dubitare. Atque quem fugit quantum adfectus pronuntiatione illius versus idonea exprimi possit? Nimirum eiusmodi sententias nostri actores scenici, qui quidem nomine digni sunt, cum tanta gravitate et proprietate saepe adhibent, ut mireris, quantum luminis utilitatisque inde loco cuique redundet: quidni Graecos histriones idem profecisse putemus? En insigne documentum:

Trach. 1173 τοῖς γὰρ θανοῦσι μόχθος οὐ προσγίγνεται.

El. 1170 τοὺς γὰρ θανόντας οὐχ ὁρῶ λυπουμένους.

O. C. 954 sq. θυμοῦ γὰρ οὐδὲν γῆράς ἐστιν ἄλλο πλὴν
θανεῖν· θανόντων δ' οὐδὲν ἄλγος ἅπτεται.

Trach. v. a poeta quidem, sed languidum esse iudicavit Dobraeus Advers. II 38, suppositicium censet M. Axtius (Philol. IV p. 575) nulla causa adlata, Nauckius ut locum communem hic languidum uncis circumscripsit; El. v. damnavit Zippmannus (Athet. Soph. p. 1—4); O. C. versus duo Nauckius et Blaydesius eo loco incommodos ducunt.

Trach. v. si cum ea quae inest acerba ironia ab actore pronuntiabatur, non languebat credo auditoribus. Atque cfr. 829 sq.

Electra cum videat fratre mortuo vitam suam iam non esse vitam (1150 sqq. 1163 sqq.), etiam corporis mortem desiderat, ut cum fratre apud inferos habitare possit (ὡς σὺν σοὶ κάτω ναίω τὸ λοιπόν). Minime igitur θανοῦσα v. 1169 est „quia iam mortua sum", sed significat illam corporis mortem, quae nisi praecessit, in fratris sepulcro condi non potest. Quare nihil obstat quominus Electra addat τοὺς γὰρ θανόντας οὐχ ὁρῶ λυπουμένους. Nam cum antea propterea velit mori, ut cum fratre omnia communicet, tamen licet ei, ut in tali conditione solent homines, etiam causam ad suum quasi commodum pertinentem adicere, qua tantum abest, ut languescat infirmeturque oratio, ut spes praecisa, fractus animus Electrae cum summa commiseratione exprimatur. Cum igitur optime oratio in hac communi sententia subsistat, tamen vide, ne ex poetae consilio Electra, cum haec diceret, vas in quo Orestis cineres inclusos putabat, miserabiliter adspexerit et illam sententiam magis ad taciturnitatem horum cinerum sibi horribilem retulerit.

O. C. versus si per se spectantur, languidi putidique videri possunt; sin referuntur quo debent referri, ad Thesei verba καί σ' ὁ πληθύων χρόνος γέρονθ' ὁμοῦ τίθησι καὶ τοῦ νοῦ κενόν (930 sq.), nemo gravitatem eorum non sentit. Senes enim eiusmodi verbis maxime commoventur et exacerbantur, et Creon ut respondeat ad illa, dicit: „Iniuriam inlatam etiam senex sentio, ut si hanc vindico, non insane (τοῦ νοῦ κενός), sed humane agam", quae per sententiam communem prolata etiam acerbiora efficiuntur.

Haec igitur argumento sunt, quanta elegantia poeta eandem sententiam communem personae cuiusque conditioni accommodarit, ut quae communiter dicuntur, videantur proprie dici. —

Primo adspectu probaveris Dobraei suspicionem de *Ai. 522* (Advers. II 43); re accuratius considerata videbis, quantum illa sententia valeat ad Aiacem commovendum, intellegesque non minus apte illam eo loco inferri quam sententias quibuscum ea coniuncta est. — ***Ant. v. 1256***, quem suspectat Nauckius, molestus videri potest, quia repetit versum 1251 sq., in personam nuntii hominis simplicis (cfr. supra p. 103 sqq.) egregie convenit. Accedit quod aequabilitas, quam restituit Meinekius deleto v. 1250, rursus turbatur, si abest hic

Digitized by Google

versus. — Non magis iustam puto Nauckii suspicionem de *El. 1129 sq.* Quid enim impedit, quominus Electra causam addat verborum ὥς σ᾽ ἀπ᾽ ἐλπίδων κτέ. quidque elegantius est illo discrimine quod exprimitur verbis οὐδὲν ὄντα — λαμπρόν? Ne quis de *Ant. 1014* dubitet, quia ἡγεμών, non de προηγητῇ (990) dictum, parum idoneum sit puero et quia verba ἄλλοις δ᾽ ἐγώ aliquid superbi habeant, non alienum puto monere, vocem ἡγεμών vim habere vocis διδάσκαλος, ut et in puerum (cfr. 1012) et in senem (cfr. 992) cadat, orationem autem vatis versu 1015 medio disiungi in duas partes septenorum denorum versuum, quarum altera σημεῖα τῆς τέχνης, altera causam quaeque cum hac coniuncta sunt i. e. noxam Creontis admonitionemque continet. Similiter volebam cavere versui *El. 621*, cum cognovi hunc iam a Morstadtio (Symb. cr. et ex. ad El. A. A. 1864. p. 23) damnatum esse, quia non par esset Electram αἰσχρὰ πράγματα sibi tribuere. Hanc sane causam non praecepissem, cum memor essem versuum qui praecedunt; ne autem inutilis videatur versus, cogitandum est, voce αἰσχροῖς et vim totius quae ad verba Clytaemnestrae αἰσχύνης ἄτερ respondet orationis comprehendi et causam contineri, ut Clytaemnestra exclamet ὦ θρέμμ᾽ ἀναιδές. —

El. 1007 sq. Nauckius ut aliunde inlatos notavit, quem secuti sunt Dindorfius, O. Iahnius. Versibus *1001 sq.*, quos Morstadtius l. c. p. 29 temere damnavit, Chrysothemis praecedentia, in quibus tantum non omnia maxime (cfr. 955 sqq.) ad Aegisthum pertinere non concedit Morstadtius, concludit adiungitque novam sententiam hanc: Nihil aliud efficies quam ut perniciei tibi sint hi sermones. Accelerabis enim poenam quae tibi imminet (cfr. 378—82). Ex iis qui secludunt v. 1007 sq., quaero quid tandem δυσκλεῶς θανεῖν intellegant. Tam certa, tam explorata autem haec sunt, ut nunc cum vidi iam a. 1865 L. Spengelium (Philol. XX p. 173) referri hos versus ad v. 378—82 ostendisse, vehementer mirer a. 1867 Nauckium eandem sententiam repetere ita scilicet, ut δυσκλεῶς suspectum dicat. Nec si illam, quae intercedit inter δυσκλεῶς θανεῖν et duo v. sqq. rationem perspexisset, damnaturum fuisse puto Ahrensium *v. 1005 sq.* (progr. Cob. 1859 p. 12 sq.). —

O. R. 52 sq. Schneidewinus Philol. IV p. 757 (et in ed. pr.) spurios iudicavit, postea (in ed. altera) sententiam retractavit. Cfr. etiam Dind. adnot.

Ib. *845* quod Herwerdenus (cum Deventero) puerile additamentum, quod e praegressis sponte intellegatur, dicit, ipse pueriliter iudicare videtur. Egregie enim cadit versus in animum Oedipi unum praesidium quod superesse putat, cupide et tenaciter amplectentis. —

Ib. *862* delet Zippmannus (athet. Soph. 4—8), quia causa non ad *πέμψω ταχύνασ'* referri possit propter verba *ἀλλ' ἴωμεν ἐς δόμους* interposita, quia flagitetur sententia non „nihil eorum faciam quae ingrata“, sed „omnia faciam quae grata tibi“, denique propter conformationem verborum iam a Matthiaeo gr. gr. § 473 b, ab Hermanno ad Vig. p. 872 reprehensam. Heimsoethius suo more celeriter has omnes offensiones amovet scribendo: *ἢν μόλωμεν ἐς δόμους· οὐδὲν γὰρ οὐ πράξαιμ' ἂν εἴ τί σοι φίλον.* Omnia sunt integra. Verbis *ἀλλ' ἴωμεν ἐς δόμους* praegressis verbis *μηδὲ τοῦτ' ἀφῇς* continetur sensus „nam non est quod metuas ne omittam hanc rem“ eique sensui consentanea est causa quae adiungitur *οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἂν* (i. e. hoc loco *τοῦτο ἀφιέναι*) *ὧν* (i. e. *τούτων ἃ πρᾶξαί με*) *οὔ σοι* (ita enim, nullo modo *οὐ σοὶ* scribendum) *φίλον ἐστίν.* —

Ib. *1082 sq.* obscuros et ineptos dicit Herwerdenus nec d u o s v e r s u s insequentes genuinos esse ausit adfirmare. Illos versus recte interpretatus est Erfurdtius: „Temporis pariter ac fortunae beneficio factum esse putat, ut ad summum eveheretur felicitatis fastigium“. Verba autem *τῆς γὰρ πέφυκα μητρὸς* ita posita sunt, quasi dicatur: *ταύτης δὲ μητρὸς πεφυκότα με οἱ μῆνες — διώρισαν.* De verbis *μικρὸν καὶ μέγαν διώρισαν* v. Schneidewini adnot. Quae ratio inter hos versus et insequentes intercedat supra p. 73 demonstrasse mihi videor. —

O. C. *1142* Nauckius suspectum habet. Vocem *βάρος*, quae versui 1141 magis est consentanea quam verbum *θαυμάσας*, quod magis ad v. 1139 pertinet, tum senties apte conlocatam esse, cum pronomen *ἡμᾶς* ut par est voce extuleris. Hoc enim pronomine transitus fit ad novam sententiam. —

Trach. v. 24 sq. melius abesse, tautologiam post *ἀταρβής*, indicat Dobraeus Adv. II 38. V. 25 cum Hartungio Nauckius seclusit, cui absurdus is propterea est quia Deianira fortunam ab eventu pugnae exspectare, non a pulcritudine sua repetere debeat. — Mihi videntur hi versus elegantissimi esse. Ac primum quidem non adsequor quidni Deianiram

recordatione et memoria commotam illius suspensae exspectationis mentionem facere maxime sit consentaneum. Atque poetam delectatum esse in hac descriptione et adumbratione illius conditionis vere poetica, cognoscitur ex v. 523 sqq. Sententia autem μή μοι τὸ κάλλος ἄλγος ἐξεύροι ποτέ tam egregie quam quod maxime naturam feminae imitatur, quae prius ex pulcritudine spem fortunatissimae vitae futurae conceperat. Pulcritudo autem parare videbatur Deianirae dolorem, quia causa erat certaminis procorum, ut est v. 465 τὸ κάλλος αὐτῆς τὸν βίον διώλεσεν et Eur. Hel. 304 sq. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι διὰ τὸ κάλλος εὐτυχεῖς γυναῖκες, ἡμᾶς δ' αὐτὸ τοῦτ' ἀπώλεσεν. Ceterum animadverte consilium poetae in conlocatione vocabulorum κάλλος ἄλγος. M. Schmidtius pro τὸ κάλλος coniecit τὸ μέλλον (!). —

Ib. 280 del. (post Deventerum v. supra p. 87) Zippmannus (l. p. 126 c. p. 8—11), quia οὐδὲ δαίμονες „ne di quidem amant iniuriam" insolenter sit dictum quasi mortales dis iustitia praestent. — Quem praeterit illa dicendi forma hoc loco personae accommodatissima, qua, quodammodo lepide, alicui rei vis additur minuendo et deprimendo, ut Lichas nihil aliud dicat nisi dis quoque idque multo magis quam hominibus invisam esse insolentiam? —

Ib. 488 sq. Bergkius aptius post 478 locum obtinere putat, Dindorfius inutiles et ieiunos dicit, cui adstipulatur Nauckius. Versus loco moveri nequeunt, quia causam adiungunt ad verba σὴν ἐξ ἴσου κοινὴν χάριν et quia ad hos versus spectat quod dicit (492) Deianira θεοῖσι δυσμαχοῦντες. Ceterum his versibus commovetur vel confirmatur consilium Deianirae extremae rationis ad amorem Herculis recuperandum ineundae, ut consulto poeta hos versus hoc ipso loco orationis conlocasse sit putandus. —

Ib. 712 sq. abesse malit Nauckius. Apte femina, quae postea mortem sibi consciscit, post ὧν ἐγὼ μεθύστερον — τὴν μάθησιν ἄρνυμαι rem qualem fore praevidet, aperte constanterque enuntiat. —

Phil. 66—9 suspecti sunt Nauckio propter 112 sq. Quis carere velit versibus 65 sq., qui prope necessario requiruntur? Prudentissime autem et subtilissime poeta Neoptolemum, quum iam in eo est, ut animus eius convertatur in Ulixis consilia, ea malae conscientiae opprimendae causa interrogantem facit, quae ipse scire potest. —

5. Supplementa.

a. Alteram causam interpolationis exhibet nobis Ant. v. 46, quem iam veteres critici teste Didymo damnaverunt (schol. ad v. 45: *Δίδυμος δέ φησιν ὑπὸ τῶν ὑπομνηματιστῶν τὸν ἑξῆς στίχον νενοθεῦσθαι*). Certum est hunc versum ab histrione aliquo perspicuitatis causa ex promptis verbis (cfr. Eur. Andr. 191 *ὅμως δ' ἐμαυτὴν οὐ προδοῦσ' ἁλώσομαι*) confictum esse. Quod autem Bothius adnotationem scholiastae falso interpretatus et Zippmannus (l. p. 126 l. p. 15—22), quia verba *ἢν σὺ μὴ θέλῃς* ante Ismenae orationem nihil causae habeant et quia, ut unus designetur communis frater, articulus omitti debeat, v. 45 abiciunt conservantque v. 46, vel quod Dindorfius antea ex duobus versibus unum efficere voluit: *τὸν γοῦν ἀδελφὸν οὐ προδοῦσ' ἁλώσομαι*, ii nec causam interpolati adferre possunt nec v. 45 recte intellexisse videntur. Nam verbis *τὸν γοῦν ἐμόν* refellitur id quod Ismena oblocuta est *ἀπόρρητον πόλει*, ut haec dicat Antigona: Sit sane *ἀπόρρητος πόλει*, at est meus (cfr. v. 48) et quia meus est sepeliam, etiamsi tu non idem ius fratrem quia tuus sit sepeliendi reposces: *τὸν γοῦν ἐμόν, καὶ τὸν σὸν ἢν σὺ μὴ θέλῃς* i. e. *κἂν σὺ μὴ θέλῃς θάπτειν αὐτὸν ἀντεχομένη τῶν σῶν*. Interpretationem „meum certe et tuum simul fratrem, si tu non vis" ineptam esse vidit Nauckius. Quae proposuit vel Nauckius *ἔγωγε τὸν ἐμόν, τὸν σὸν ἢν σὺ μὴ θέλῃς* vel M. Schmidtius (ann. schol. Austr. XVI p. 9) — *σὸν ἢ θέμις κάσιν* vel Heimsoethius (Cur. crit. I p. 334) *τὸν οὖν ἐμὸν κάσιν γε κἂν σὺ μὴ θέλῃς* vel Dindorfius (in ed. novissima) *κοὐ τὸν σόν, ἢν σὺ μὴ θέλῃς*, eorum nihil probari potest. —

Eadem ratione *El. v. 957* adsutus est, quem delendum esse vidit Wunderus. —

Simile histrionum additamentum deprehendit idem Wunderus (Em. Trach. p. 197 sq.) in *Trach. v. 696* . Inducitur sane Dianira levissimam quamque rem diligentissime enarrans, ut prorsus nulla sit causa cur quis cum Wundero de *v. 690* dubitet ut inutiliter adiecto post v. 675, praesertim cum obiectum verbi *ἔχρισα* non iam post hunc versum in *δῶρον*, sed ante eum in voce *ἐνδυτὸν* a Dindorfio pro *ἐν δόμοις* restituta reperiatur. Sed tamen v. 696 multo

minus apte infertur quam v. 675 vel 690 et conlocatio vocabulorum τῆς οἷος molestorum (cfr. schol. κάταγμα· τὸ αἴγειον μήρυμα) ita est comparata, ut interpolatorem, non poetam agnoscas. Nam quod etiam reprehendunt ἐς μέσην φλόγα, ἀκτὶν' ἐς ἡλιῶτιν, id mihi minus offensioni est, ut nolim versu 696 conservato corrigere ἐς μέσην φλόγα ἀκτῖνος ἡλιῶτιν cum Dobraeo (Adv. II 38) qui ita putat v. 696 retineri posse. Licet enim satis sit dici ἀκτὶν' ἐς ἡλιῶτιν, tamen animo maxime in flammam converso (cfr. 685 ἄπυρον ἀκτῖνός τ' ἀεὶ θερμῆς ἄθικτον) nihil obstat, quin illa coniungantur. Scholiastam non legisse versum quod putat Wunderus adfirmari nequit. Quod vero idem censet interpolatori obversatum esse Senecae Herc. Oet. v. 70 medios in ignes solis et claram facem, id adeo non est probabile, ut contrarium verum videatur. —

Trach. v. 1165 deleri mavult Dobraeus Adv. II 42, deleverunt Bergkius, Nanckius. Unum quod Dobraeus reprehendit μαντεῖα καινά, recentia, quum supra (v. 157) dicatur παλαιὰ δέλτος, id diversa ratione facile defenditur (cfr. Schneidewini not.). Atque contendere possis Herculem consensum oraculorum cum maxime cognoscentem mirantemque disertis verbis significare. At „falsum, ut est apud Dobraeum, hoc oraculum alteri fuisse συνήγορον; hoc enim longe aliud est atque συμβαίνειν ἴσον.“ Atque maxime incommodum puto, quod post τούτοισι repetitur τοῖς πάλαι, ut qnum primo μαντεῖα καινά nihil aliud esse putes quam ἄλλα μαντεῖα, postea diversum tempus magnam admirationis causam suppeditare videatur. —

Trach. v. 628 Nauckius magna probabilitate submovet. Nec minus probabiliter idem *ib. v. 745* seclusit, nam talis est in Deianira animi commotio, ut non plus qnam unum versum proferre possit. Verba προσδέγματ' — ἐδεξάμην (628), ἔργον — εἰργάσθαι (745) prope eundem auctorem monstrant, qui non rem sed verba addebat, vocem ἄζηλον autem ex v. 284 memoria tenebat, i. e. histrionem. Eadem ratione qua ille v. 628 (οἶσθα — ὁρῶν), additus est *ib. v. 1069* (cfr. ὡς εἰδῶ — ὁρῶν), quem delevit Nauckius ut ignoratum a Cicerone (Quaest. Tusc. 2, 8). Quamquam Cicero multa liberius in usum suum convertit, plura contraxit, ut 1072—4 (v. 26), 1076 sqq. (v. 28 sq.), plura omisit, tamen interpretatio huius versus „iam cernam mene an illam potiorem putes“ ea est, qua

cognoscas Ciceronem illum versum in suo exemplari non legisse, id quod argumento est eum alicui actori deberi. Bene interpretatus est Cicero „cernam“ verba εἰδῶ - ὁρῶν, quae eiecto illo versu coniungi debent (cfr. οἶσθα - ὁρῶν in v. s. a.), male Nauckius εἰδῶ in ἴδω mutari vult, ut suam ipse rationem evertere videatur. —

Multa in hoc genere iniuria sunt damnata. Iniusta est Nauckii suspicio de *El. v. 418.* — *Ib. v. 533* delevit Kolsterus (Philol. V p. 223) ut interpretationem quae aliquo casu numeros senarii induerit. Quem enim unquam dolorem gignendi nominasse? O homines poetarum elegantias ignorantes! Quasi hic Clytaemnestra dolorem, non summam voluptatem gignendi intellegat! Quam acerbe, quam graviter haec dicta sunt, quam languida, quam manca sola verba οὐκ ἴσον καμὼν ἐμοί. Delevit h. v. etiam Morstadtius, quem secutus est Nauckius. — *Ib. v. 1355* ut inutilem et molestum suspectat Nauckius. Interrogatio hic aliam vim habet atque antea v. 1351 sq. Ibi aliquid quaeritur, hic exprimitur gaudium admiratioque. Huius egregiae et maxime e natura effictae orationis qui unum versum tollit, elegantiam poetae tollit.

O. R. v. 827 delevit Wunderus quem secutus est Dindorfius. In hoc versu poetae consilium manifestum, qui ut spectantium causa eum addidit, ita verbis ἐξέφυσε κἀξέθρεψε ne inutilis esset versus cavit turpitudine flagitii graviter monstrata. — *Ib. v. 1264* ne spurium indicet Herwerdenus, legat Ant. v. 1222. —

O. C. v. 552 arbitratur Nauckius absurdum. Licet Theseus plus de Oedipo acceperit, tamen nihil obstat, quin hoc loco unum id enarretur, quod maxime adtinet ad agnitionem illius quodque inprimis animum Thesei commovet (cfr. v. 555). Similitudo v. Eur. Phoen. 870 nihil suspicionis movere potest. — *Ib. v. 1425* interpolatoris esse suspicatur Nauckius. Locutio θάνατον ἐξ ἀμφοῖν, pro quo conicit Blaydesius ἐξ αὐτοῖν, non magis insolens est quam locutio δυοῖν ἀδελφοῖν — θανόντων — διπλῇ χερί Ant. 14. Verba autem μαντεύμαθ', ὃς θροεῖ necessaria sunt propter id quod sequitur χρῄζει. —

Ant. v. 30 abicit Nauckius. Versus ad foeditatem rei depingendam aptissimus egregie convenit in mentem Antigonae. Cfr. 205 sq. Et vocabulo θησαυρός et verbo εἰσορῶσι, quod perperam in εἰσορμῶσι mutant, animus convertitur in aves stantes in corpore et inter vorandum exoptatum εὕρημα cum libidine quadam inspicientes. Quapropter εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς nescio an mutandum sit in εἰσορῶσιν ὡς χάριν βορᾶς. —

Trach. v. 792 spurium esse conicit Nauckius. Id doleo, nam versus accommodatissimus est; illud laudo, quod idem vir doctissimus negat γάμον significare posse „adfinitatem". Nimirum ὁ Οἰνέως γάμος nuptiae sunt apud Oeneum vel ab Oeneo propositae, quas Hercules multo sudore expugnavit. Cfr. Eur. Iph. Aul. 105 ψευδῆ συνάψας ἀμφὶ παρθένου γάμον et ib. 941. Sunt autem verba τὸ δυσπάρευνον λέκτρον — τῆς ταλαίνης — ὦ γάμε Οἰνέως ipsius Herculis, quae repetit Hyllus. Neque vero nudis verbis οἷον κατακτήσαιτο κτέ, sed addito τὸν Οἰνέως γάμον ipsum certamen cum Acheloo de Deianira commissum in memoriam revocatur, qua memoria quid potest hoc loco esse speciosius? —

Phil. v. 36 Buttmanno suspectus est, quia πυρεῖα nihil significare possit nisi „ligna igniaria", v. 296 sq. autem Philocteta narret, se lapidum conflictu ignem excitasse. Refutavit hoc Wunderus (Adv. in Phil. p. 15 sq.), qui dicit temere a poeta exigi in eiusmodi rebus religiosam industriam diligentiamque neque quidquam suspicionis habere versum 716, qui eidem Buttmanno scrupulum movit propter v. 21 et 1461. Ceterum cfr. Hermanni adnotationem. Conspicit Neoptolemus et silices et ligna praeusta vel igne adesa. *Ib. v. 224* delevit Nauckius, rectissime defendit M. Seyffertus. Accedit quod verbo ὑπάρχει sublato aliquid concinnitatis tollitur, spectat enim ad ἀκοῦσαι βούλομαι („unum manifestum est, alterum manifestari volo"). — *Ib. v. 474* num Sophocleus sit dubitat Nauckius. Versus est egregius. Et verbum ἔξοιδα et adiectivum πολλή optime convenit ei, qui ipse generosus cum generoso rem sibi esse confidit. Versum similiter conformatum *El. 527* idem Nauckius suspectum habet, in quo versu nihil suspecti esse prudentem docent verba οὐκ ἐγὼ μόνη. *Ib. v. 556* addubitat Nauckius. Haud facile potest conclusio orationis hoc versu carere. Intellexit autem M. Seyffertus,

verba οὕτω καθ' ὁρμήν (566) ad hunc v. referri, cui rationi consentaneum est mercatorem cetera abnegantem iisdem fere verbis uti ὡς ταῦτ' ἐπίσω δρῶμεν, οὐ μέλλοντ' ἔτι. — *Ib. 592* ut otiosum molestumque deleri vult Herwerdenus (Exercit. crit. p. 122). Versus consulto est positus in composita fictaque oratione, quae speciem captat perspicuitatis et accurationis. — *Ib. v. 916* Wunderus additicium arbitratur, rectissime defendit Hermannus. —

b. Eadem complendi cupiditate *Trach. v. 684* adiectus est, ut sententia haberet unde apta esset, non intellecto infinitivum σῴζειν ex verbo προὐδιδάξατο pendere. Damnavit autem h. v. primus Wunderus (Em. in Trach. p. 196 sq.). Simili causa additus videtur *O. C. v. 1626*, quem post Hermannum (ad Aristot. de arte poetica p. 224) spurium iudicavit Lehrsius (Mus. Rhen. N. XVII p. 489) ut crudeliter deturpantem narrationem. Non solum verba πολλὰ πολλαχῇ molesta sunt, sed etiam nomen θεός, quum nuntius antea dixerit φθέγμα τινός, recte demum auctoritate ipsius Oedipi nomen dei inferat v. 1629 (ὁ δ' ὡς ἐπῄσθετ' ἐκ θεοῦ καλούμενος). —

Raro Sophoclis oratio hanc interpolandi causam praebuisse videtur. Nam quas alias moverunt huius generis suspiciones viri docti, eas a veritate abhorrere existimo.

Ant. v. 203 Herwerdenus (Oed. R. ed. mai. p. 201) spurium renuntiat docens verba pendere a verbo λέγω v. 198. Nimirum non vidit vir sagacissimus, conlocationem huius verbi λέγω, quum sequatur ὃς γῆν κτέ, non interpretationem „iubeo", sed unam interpretationem „Polynicem dico" admittere. Prudentissime gravissimeque poeta hunc v. intulit et infinitivos non verbis κηρύξας ἔχω (192) subiunxit. —

Phil. v. 460 ab grammatico qui verbum finitum desideraret adsutum esse putat Nauckius. In verbis ὥστε τέρπεσθαι δόμῳ aliquid speciosi inest. Nam hominem in parva civitate natum tum demum poenitere desistit patriae, quum is in amplioribus rebus versatus aliorum fidem et sui animi tranquillitatem desiderare coepit. — *Ib. v. 939* aut spurium aut corruptum arbitratur Nauckius. Sententiam παροῦσι τοῖς εἰωθόσιν quis abesse velit? Pro ἀνακλαίομαι vide

ne scribendum sit ἀνακλαύσομαι. — *Ib. v. 1369* quod spurium arbitratur Nauckius, et nugatur (cfr. M. Seyfferti adn.) et vim verbi ἔα neglegit. —

El. v. 538 nunc ipse Nauckius qui antea eum deleri iubebat, genuinum iudicare videtur. Necessarius est hic v., nam ad haec Clytaemnestrae verba, id quod interpretes fugisse videtur, refertur v. 591 (cfr. etiam v. 578 sq.). — *Ib. v. 804* abesse malit Nauckius, scilicet ut absit propria vis sententiae. —

6. Versus perspicuitatis causa adiecti. Additamenta.

Tertiam inierpolationis causam secundae similem adfert nobis scholiasta qui ad Soph. Ai. 841 adnotat haec: ταῦτα νοθεύεσθαί φασιν ὑποβληθέντα πρὸς σαφήνειαν τῶν λεγομένων. Miror quod dubitari potest quo pertineat hoc iudicium. Perspicuitatis quidem causa additi sunt versus *841 sq.* ab actoribus, qui ὥσπερ εἰσορῶσ' ἐμέ nimis nude et parum dilucide dictum putabant. Qui hos versus retinet non offensus vocabulo αὐτοσφαγής in uno versu diversa vi praedito, non adverbio τώς, non forma φίλιστος, non sententia a veritate aliena — ἐκγόνων quidem vel in ἐγγόνων (Stallbaum.) vel in ἐγγενῶν (M. Seyffert.) mutant —, non denique complexione sententiarum, is profecto omnia ferre potest. Qui una *839 sq.* eicit, temere agit. Verba ὥσπερ εἰσορῶσ' ἐμέ referuntur ad praecedentia μαθεῖν ἐμὲ — ὡς διόλλυμαι τάλας. (Horat. sat. II, 3, 203 nihil adtinet ad hanc quaestionem). — Illa autem quam demonstravimus interpolationis causa ea est, quae amplioris additamenti suspicionem moveat nullam. Damnaverunt enim, ut id iam hic adferam, prope totam extremam huius orationis partem: *v. 843 sq.* O. Iahnius (Herm. III p. 175 sqq.), *v. 855—65* Bergkius, *v. 855* et *865* Geelius (Mnem. II p. 206 not.), *v. 856—8* O. Iahnius (l. c.). — V. 844 exercitus ultio pertinet ad ultionem Atridarum; hic reges ut plectantur, plectuntur Achivi. Ceterum ut Aiax sibi videtur universo exercitui odio esse (cfr. 458), ita ira eius in universum exercitum commovetur. Ratio eventus in eiusmodi verbis nihil adtinet ad poetam. — Quibus v. 856—58 suspecti sunt maxime propter v. 845 sqq., ii neglegunt diversam rationem. Altero loco Sol propter

id unum adpellatur ut nuntium ferat parentibus, cum ad hunc nuntium et parentum memoriam omnia referantur. Altero loco Aiax more morituri (cfr. O. C. 1549 sqq.) Solis luci extremam dicit salutem. Ipsum illud ὦ φέγγος (v. 859) requirit versum 856—8, hi versus autem (cfr. σὲ δὲ 856) requirunt versum 855 qui certe Graecis nihil habebat inepti. Praeterea quid suspectum esse possit, non video. Unum moneo, poetam varios animi adfectus persecutum ad extremum Aiacem pristinam constantiam recuperantem facere. —

Item explicatio obtigit versu *Ai. 571* *μέχρις οὗ μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ*, quem Dindorfius spurium esse vidit, verbis *εἰς ἀεί*; eidem vocabulo *ἀεὶ* versu *Trach. 17* *πρὶν τῆσδε κοίτης ἐμπελασθῆναί ποτε*, quem damnavit Bergkius. Simili causa additus videtur *Trach. v. 601* *ἕως σὺ ταῖς ἔσωθεν ἠγορῷ ξέναις*, quem Nauckius suspectum habet. —

O. C. 1189 *ἔφυσας αὐτόν· ὥστε μηδὲ δρῶντά σε*
τὰ τῶν κακίστων δυσσεβεστάτων, πάτερ,
θέμις σέ γ᾽ εἶναι κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς

omnes tres versus delet Meinekius (in ed.), quia abruptius inferatur *ἔφυσας αὐτόν* et quia nimium sit a patre expetere ut ferat quidquid iniuriarum ei Polynices inlaturus sit et quia absurdum sit dicendi genus *τὰ τῶν κακίστων δυσσεβέστατα* (*δυσσεβέστατ᾽, ὦ* Dawesius, *κἀσεβεστάτων* Toupius correxit). — Accommodatissime et ad commovendum patrem gravissime Antigona patrem admonet filium esse Polynicem. Quod abruptius haec sententia infertur, id nihil offensionis habet post ea quae praecedunt, cum a causis extrinsecus adlatis transeatur ad eas, quibus animus Oedipi commoveatur. Itaque ne correctione quidem Heimsoethii *κἄφυσας* opus est. Illud vero recte vidit Meinekius inepta esse verba *τὰ τῶν κακίστων δυσσέβεστατα*. Nimirum eiciendus est *v. 1190* et genuina sunt haec:

ἔφυσας αὐτόν, ὥστε μηδὲ δρῶντά σε
θέμις σέ γ᾽ εἶναι κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς,

quae verba aliquem deduxerunt, ut adiceret quod nullo iure desiderabat. —

Trach. 84 deleri iussit Bentleius et secuti suut plerique. Nauckius et propter insolitam synizesin *ἦ οἰχόμεσθα* et quia nulla cansa perspiciatur cur quis v. 84 addiderit, existimat priora verba *ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα κείνου βίον σώσαντος ἢ ἐξολωλότος* ab aliis ita correcta esse, ut alteram partem *κείνου βίον σώσαντος* explerent verbis *ἦ οἰχόμεσθ' ἅμα*, ab aliis, ut conservato participio *ἐξολωλότος* initio adicerent *ἢ πίπτομεν σοῦ πατρός*, ipse autem scribi vult *κείνου βίον σώσαντος ἢ ἐξολώλαμεν.* Hac sagacitate facile caremus. Dobraeus versum uatum putat ex iuterpretatione verbi *οἰχόμεσθα*, Hermauuus duarum recensionum verba coniuncta arbitratur: nihil apertius est quam hnnc versum adiectum esse ab eo, qui ad *ἦ οἰχόμεσθ' ἅμα* idem additum desiderabat, quod verbo *σεσώσμεθα* subiunctum est *κείνου βίον σώσαντος*, id qnod poeta prudenter omisit. Synizesis autem illa non magis insolita est quam Phil. 585 *ἐγώ εἰμι*, quod Nauckius quidem mutavit in *ἔγωγε.* Optime autem se habet *ἅμα*, quod Nauckii coniectura tollitur. Ceterum hoc versu nostra quam supra (p. 118) proposuimus seuteutia comprobatur iutegros versus si quid desiderabatur addi solitos esse. Auctor autem huius versus aperte non histrio, sed grammaticus aliquis fuit. —

Ib. v. 150 ἤτοι πρὸς ἀνδρὸς ἢ τέκνων φοβουμένη snblato Dindorfius molestam putidamque explicationem sustulit. Versus qui sequuntur, *151 sq.*, quos item Dindorfius delevit, optime se habent optimeque primam sententiam concludunt et novam incohaut. —

Pari ratione *O. R. v. 670* adsutus mihi videtur. Habet quod disiuugat Oedipus v. 658 sq. vel aliis locis, hic nihil aliud dicere debet quam hoc „etiamsi extremum supplicium perpessurus sum“ idque eum dicere, nou plura, satis arguit vocabulum *παντελῶς*. Mirum quantum illo versu vis orationis infringitur. —

Phil. v. 304 iure suspectus est Bergkio, nam iutervallo tam exiguo post simillimum versum 301 positus non potest non haberi molestus. Herwerdeno (Exerc. crit. p. 122) propter argumeuti similitudiuem ex alia fabula adscriptus videtur. —

Nnnc adfluit nobis ingeus versuum numerus, quos suspectant atque etiam e textn snbmovent qnosqne ant saepe poetae elegantia, consilium, ars flagitat ant eicere temerarium est.

Ai. v. 314 Nauckins eiecit. Hic versus non inntilis aut ieinnus est, sed egregius ad descriptionem rei factae. Videmus enim Aiacem praemissis minis definite interrogantem et qnasi manu digitoque adhibito inbentem iam veritatem eloqni integram. — *Ib. v. 433* Morstadtius damnat ut otiosnm et ieinnum, quem secutus est Nauckins. Ipsius sententiarum conclusionis interest hunc v. conservari. Uunm *γάρ* mihi snspectnm est, quod solito more additnm esse puto, qnum pro *τοιούτοισιν*, qnod factum est saepissime, scriptum esset *τοιούτοις* (*καὶ τρίς· τοιούτοισιν κακοῖς ἐντυγχάνω*: numeri omnem vim in eam vocem conlignnt qna sententiae pondns continetur; cfr. v. 435, Hermann. epit. §. 143). — *Ib. v. 546* Dindorfio ab interpolatore confictus videtnr, qni haud dubie scripserit *τοῦτόν γε*. La enim habet *τοῦ τόνδε*, apographa aut *που τόνδε* ant *τοῦτόν γε*. Nanckius de Morstadtii coniectura scribit *μου τόνδε*. — Ipsa codicis lectio egregia est ita scripta: *νεοσφαγῆ του τόνδε*, quae Aiax puero praesente dicit cum dissimnlatione quadam pndibnnda Aiacis iugeuio accommodatissima. Accedit, quod hic versus ab Graeco homine desiderabatur, cni in mentem veuiebat illud Homeri: *ταρβήσας χαλκόν τε ἰδὲ λόφον ἱππιοχαίτην δεινὸν ἀπ' ἀκροτάτης κόρυθος νεύοντα νοήσας*. — *Ib. v. 660* Geelius (Mnem. II p. 203) suspectat ut ex El. 438 adfictnm. Cfr. Schneidewini notam. — *Ib. v. 674 — 76* interpolatos arbitratnr Morstadtius (Symb. ad cris. et exeg. Soph. Ai. p. 27). Cfr. M. Seyfferti notam. — *Ib. v. 806* aut spurins ant corruptus videtnr Nanckio. Spurins non est, quia post verba *Τεῦκρον ἐν τάχει μολεῖν* aliquid de Aiace dicendum est. Errare antem mihi ii videntnr, qui *ζητεῖτε* inlatum pntant pro *ζητεῖν*. Est vero pro *ζητοῦντες* positum, nnde ad *Τεῦκρον μολεῖν* illud ipsnm ant simile verbum (*ἐπαγγέλλοντες*) intellegendum, nt infelix putanda sit Heimsoethii coniectura *πορεῖν*. *Ib. v. 812* delet Dindorfius, contra quem verissime dispntavit M. Seyffertus. Versus autem neque *σῴζειν θέλοντας ἄνδρ' ὃς ἂν σπεύδῃ θανεῖν* neqne *σῴζειν θέλοντας ἄνδρα γ' ὃς σπεύδει θανεῖν* fnit, sed *σ. θ.*

ἄνδρα γ' ὅς σπεύδῃ θανεῖν (ἂν additum ut O. R. 1231 cfr. Dind. adnot. ad O. R. 316). —

El. v. 71 sq. Herwerdenus (Exerc. crit. p. 113), v. 72 Morstadtius (Symb. crit. et exeg. ad El. Ai. Ant. 1864 p. 11) suspectavit temere. — *Ib. v. 114* delevit Porsonus, quia non sit verum Furias adulteriis puniendis inmorari. Dindorfius etiam *v. 113* ut languidum seclusit. — Nihil aut non veri (cfr. 276 et 492 sq.) aut languidi inest. Nam gravissime Electra Furias ante precationem ἔλθετε κτἑ quasi officii munerisque admonet. Verba autem αἳ τοὺς ἀδίκως θνῄσκοντας ὁρᾶθ', αἳ — sic emendavit Dobraeus librorum scripturam ὁρᾶτε — τοὺς εὐνὰς ὑποκλεπτομένους ita accipienda sunt, ut Electra recordatione memoriaque universi mali commota, quod ut causam crimen caedis adgravantem subiungere debet (τοὺς ἀδίκως θνῄσκοντας, εὐνὰς ὑποκλεπτομένους), id vehementi acrimonia seiungat et ut novam rem inferat. — *Ib. v. 259* sq. suspectos habet Nauckius. His versibus, qui transitum parant, eiectis ἤ (v. 261) minus habet quo referatur. A c c e s s i o autem malorum, quae augent τὰ πήματα τοῦ πατρός, significatur vocabulis πρῶτα μέν (261) — εἶτα (262) — ἔπειτα (266). — *Ib. v. 398 sq.* delet Morstadtius (l. c. p. I), quia v. 400 sensu careat nisi versum 397 excipiat. Post verba ἐμοὺς τρόπους Chrysothemis suos mores defendit, post verba πατρὶ τιμωρούμενοι, quibus εὐβουλία Chrysothemidis perstringitur, quasi Electra dicat prudentissimum quodque non esse maxime ingenuum (cfr. 1046), Chrysothemis veniam patris sibi adrogat (cfr. Ant. 65 sq.). Quid sit τούτων, sponte intellegitur. — *Ib. v. 402 sq.* idem (l. c.) delet, quia dictum τοῦ κενή repugnet versui 395, quo Chrysothemidi prudentia concedatur. Alia est εὐβουλία Chrysothemidis, alia σωφροσύνη Electrae (cfr. v. 364 sq.). — *Ib. v. 414, 415 sq.* damnat idem (l. c. p. IV sq.), quia Chrysothemis totum somnium exponat. Cfr. 426. Ceterum mihi δοκεῖν ἐμοί (410) propter v. 426 sq. suspectum non videtur cfr. 417 λόγος τις αὐτήν ἐστιν. — *Ib. v. 428—30* delet idem (l. c.) propter verba σὺν κακῷ μέτει πάλιν, nam in exsilio carcere inclusam non posse illam adire sororem. Cfr. 383 καί με μὴ ποθ' ὕστερον παθοῦσα μέμψῃ et 1028. — *Ib. v. 536* in dubium vocavit idem (l. c. p. 21)

temere. Itaque in hac oratione, cuius sex versus damnant (527, 533, 536, 538, 541, 543), omnia sunt integerrima. — *Ib. v. 691* delet Lachmannus de mens. trag. p. 45. Nauckius non integrum v. delet, sed verba *διαύλων — τούτων* secludit. Illud parum probabile, quia quod Nauckius monuit, nomen desideratur, hoc quia etiam de aliis certaminibus dicendum est (*τὸ πένταθλον καὶ ὅσα βαρέα ἆθλα* Paus. 6, 24, 1 cfr. schol.). Versus emendandus (cfr. supra p. 77), non eiciendus est. — *Ib. v. 761—3* suspectat Morstadtius (l. c.) propter v. 666 sq. — Nuntius res factas enarrat ut *δεινὰ μέν, κέρδη δέ* (767). — *Ib. v. 768* O. Iahnius cancellis circumscripsit. Versus, per se minime inutilis, prope necessario requiritur versibus 770 sq. — *Ib. v. 1052—7* interpolatoris esse censet Morstadtius (l. c. p. 30 sq.). Agnoscitur poetae consilium causae adfingendae, cur Electra in scena remaneat. Vehemens animosaque Electra gravioribus verbis (*πολλῆς ἀνοίας καὶ τὸ θηρᾶσθαι κενά*) studium voluntatemque sororis aspernatur. — *Ib. v. 1125* O. Iahnius cancellis sepsit. Incohatur post v. 1121 sq. apte agnitio Electrae. Neque vero *φύσιν* vitiosum est (cfr. quos adferunt interpretes locos) aut inutile, quum id quod maius est magisque adtinet ad rem, illa voce apertius graviusque opponatur alteri parti *φίλων τις*. — *Ib. 1289—92* damnat Ahrensius (progr. Cob. 1859 p. 8 sq.) propter tautologiam quae sit in v. 1291 et quia haec causa (*πατρῴαν κτῆσιν — διασπείρει μάτην*) aliena sit ab universo fabulae consilio, in qua ab sceleribus et flagitiis Aegisthi omne odium repetatur. — De tautologia recte iudicavit scholiasta (*ἐμφαντικὸν τὸ συνεχὲς τῆς ταυτολογίας*). Consulto ea addidit poeta, ne quae maxime Electrae interesse deberet nosci ab Oreste quorumque cognitio multum valeret in Orestis deliberationem consiliumque, ea spectatoribus repetere (cfr. 254 sqq.) cogeretur (cfr. schol. adnot. ad 1344). — *Ib. v. 1334* deleri vult idem (l. c. p. 11 sq.) ut inutilem post v. 1331. Hunc versum desiderat concinnitas orationis, requirunt particulae v. sq. *καὶ νῦν*. — Nec minus inservit sententiarum conclusioni *O. R. v. 141*, quem Bergkius delendum suspicatur. In hoc versu etiam ironiae consilium (*ἐμαυτὸν ὠφελῶ*) animadvertenda est. — Ceterum cfr. ib. v. 46 cum v. 51. — Non melius consulat poetae, si quis *O. R. v. 600* delere in animum inducat nec melius consuluit Nauckius, quod *O. C.*

v. 780 in dubium vocavit. — *El. v. 1340—44* damnat Ahrensius (l. o. p. 9 sqq.) ut inutiles. Hic aeque atque in versibus 1289 sqq., de quibus modo dicebam consilium deprehenditur poetae cuius interest et exspectationis spectatorum et personae Orestis causa haec interici. Sunt autem duo referenda, unum non esse agnitum paedagogum, alterum eundem fidem fecisse mortis Orestis. Itaque et in v. 1340 de Doederlini sententia *με* pro *σε* et in v. sq. pro *ὡς ἔοικε* scribendum est *ὡς ἔοικ' ἐμ'* (*ἤγγειλας, ὡς ἔοικ', ἐμ' ὡς τεθνηκότα*). Verba autem *καλῶς τὰ κείνων πάντα καὶ τὰ μὴ καλῶς v. 1345* (quem delet Deventerus cfr. supra p. 88. Nemo nunc stichomythiae aequabilitatem desiderat, quoniam alia persona conloquium excipit) recte interpretatus est Hermannus „opportuna vobis omnia sunt, etiam scelestum de morte Orestis gaudium". Multum enim ad spectantium iudicium refert responderi ad interrogationem *χαίρουσιν οὖν τοῖτοισιν*; idque ita facit poeta, ut plura enarrare supersedeat, paucis verbis gravissimis senis paedagogi foedo Clytaemnestrae gaudio vehementer commoti (*καὶ τὰ μὴ καλῶς*) rem exsequatur. —

Hic etiam adfero, Bergkium locum *El. 1179—84* ex antiqua dittographia interpolatum iudicare ratum in nonnullis antigraphis hunc locum sic scriptum fuisse, ut post v. 1178 sequerentur 1181. 1182. 1183. 1180 (*τί δή ποτ' κτέ*), in aliis autem his duobus versiculis (1183. 1180) substitutos fuisse v. 1179. 1184. Speciosius quam verius hoc suspicatus est vir clarissimus. Nam optime se excipiunt exclamationes Orestis: *οἴμοι ταλαίνης ἄρα τῆσδε συμφορᾶς, ὦ σῶμ' ἀτίμως — ἐφθαρμένον, φεῦ τῆς ἀνύμφου — τροφῆς*, quibus non minus apte subiunguntur admirationes Electrae: *οὐ δή ποτ'* — nam haec procul dubio genuina scriptura agnoscitur — *ἀμφ' ἐμοὶ στένεις τάδε; οὔτοι ποτ' ἄλλην ἢ ἐμὲ δυσφημεῖς, ξένε. τί μοί ποτ' — ὧδ' ἐπισκοπῶν στένεις;* —

O. R. v. 8 quem Wunderus spurium iudicavit, nemo hodie facile suspectet. De tragica quam vocant ironia, quum ὁ *κλεινὸς Οἰδίπους* postremo reperiatur *κάλλος κακῶν ὕπουλον*, cfr. egregiam C. Thirlwalli disputationem Philol. VI p. 81—103, 254—77. Cfr. O. C. v. 3. — *Ib. v. 56 sq.* dubitare quis possit an sint additicii, quum satis sit dici *κενῆς κρατεῖν* et verba *ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων*

ἔσω parum sint concinna (v. 54—57 ineptissimis causis damnavit Deventerus cfr. supra p. 88). Sed melius tranquilliusque subsistit oratio senis sacerdotis in communi sententia quam in acuta versuum 54 sq. Locutio autem ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω in singulari tragicorum usu ponenda est. — *Ib. v. 261 sq.* Burgesius suspectos habuit. Consulto haec addidit poeta (cfr. Schneidewini adnot.) et addidit ita, ut post verba ὡσπερεὶ τοὐμοῦ πατρὸς ex maiorum dignitate gravis causa repetatur interfectum regem ulciscendi. — *Ib. v. 425* interpolatoris esse arbitratur Herwerdenus, scilicet ut interpolatori id tribuatur, quod maxime est speciosum. Quid sit ἄλλα κακά, v. apud Nauckium, ne cum Erfurdtio cogites de mutua occisione fratrum morteque Iocastae et Antigonae. Interpretationem autem verborum ἅ σ' ἐξισώσει σοι quam Erfurdtius proposuit quamque probavit Hermannus, Dindorfius „is qui vere es, parricida, incestus", ne ipse quidem probare possum. Ominatur vero obscuritate quaesita idem, quod postea v. 457 sqq. apertius dicit: ἴσος ἔσει σεαυτῷ i. e. „in te nulla differentia erit patris et filii, filii et coniugis iu una marita, tu filius tibi patri par eris". Id, nihil aliud, intellegi, adparet ex addito σοῖς τέκνοις. — *Ib. v. 566 sq.* suspecti sunt eidem Herwerdeno nullo iure. Non enim pugnant cum v. 126 sqq., ubi Creon dicit, quaestionem impeditam, non dicit, omnino non incohatam esse. Neque inutiles sunt versus, quia non ut ab initio cognoscat illud Oedipus interrogat, sed ut aiiquid praemittat, unde aliud efficiat (cfr. οὖν 568). Cum Meinekio mutare τοῦ θανόντος in τοῦ κτανόντος non opus videtur, nam locutio ἔρευναν ἔχειν τοῦ θανόντος i. e. περὶ τοῦ θανόντος convenit hic optime Oedipo, cui iam nomen κτανόντος molestum est. Verba κοὐκ ἠκούσαμεν mihi quoque vitiosa videntur: Nauckius coniecit κοὐδὲν ἤνομεν, mihi in mentem venit καὶ κενὴν ἅμα, ut et verbis πῶς δ' οὐχὶ et his Creon quam moleste ferat inquisitionem ostendat. — *O. R. v. 588* aut spurium aut corruptum arbitratur Nauckius. Non spurium esse versum ipsae particulae μὲν οὖν, nihil esse corruptum loci ab interpretibus comparati (frgm. 862, Ant. 1169) docent. — *Ib. v. 615* aliquis propterea spurium iudicare possit, quod sententia nihil adtineat ad sententiam ἐν χρόνῳ γνώσει τάδ' ἀσφαλῶς. Sed in communi sententia nihil obstat quin etiam contrarium adiungatur ad

eam partem quae propria causa est. Causa autem sententiae v. 615, quam nescio an interpretes non accurate definiant, in eo posita est, qnod unnm malnm facinns malnm hominis ingenium manifestat, unum bene factum bonum animum non comprobat. — *Ib. v. 808* Wunderus delevit scilicet ut magnum momentum narrationis et excusationis Oedipi abesset. Cfr. Firnhaberi et Schneidewini de h. v. disputationes Philol. IV p. 175 sqq., 751 sqq. — *Ib. v. 815. 816* alterum delevit Dindorfius, alterum Wunderus. Necessario eos requiri et alterum pertinere ad v. 817—22 comprehendique verbis *ἆρ᾽ ἔφυν κακός*, alterum explicari versibus 823—7 concinneqne repeti versibus 828 sq., docuit L. Spengelius Philol. XX p. 108. In v. 815 suspicatur idem scribendum esse *τίς τοῦδ᾽ ἔτ᾽ ἀνδρός ἐστιν*, quia in Dindorfii scriptura *τίς τοῦδέ γ᾽ ἀνδρὸς νῦν ἔτ᾽* ratio quae intercedat inter praesens *ἐστὶν* et futuri notionem *ἂν γένοιτο*, desideretur. Mihi videtur illa ratio satis exprimi particula *νῦν*, res antem aptius ita dici: *τίς τοῦδ᾽ ἂν ἀνδρὸς νῦν ἔτ᾽* (*ἄν* quum ante *ἀνδρός* intercidisset, insertum est *γέ* consueto more. Fortasse etiam antea *προσήκοι* scribendum. — *Ib. v. 1035 sq.* abesse quam in v. 1037 aliquid mntari mavult Nauckius. Molestum enim videtur, quod inter patrem et matrem (*πρὸς μητρὸς ἢ πατρός*) distinguatur. Sed reputandum est, Oedipum expositionem infantis ex aliqna patris aut matris noxia repetere, nt aut ad unum patrem aut ad unam matrem facinus et nomen referendum videatur (cfr. 1062 sq. *ἐὰν τρίτης ἐγὼ μητρὸς φανῶ τρίδουλος*, 1079 *τὴν δυσγένειαν*). Itaque nomen cum illo facinore Oedipus rei detegendae studiosus coniungit, ut *πρὸς μητρὸς κτέ* referatur quidem ad proximum *ὠνομάσθης*, sensu voluntateque Oedipi vero pertineat ad sententiam *δεινὸν ὄνειδος ἀνειλόμην* et *διαιόροις ποδοῖν ἀκμάς*. Etiam hoc videndum est, ne Oedipus post v. 1034 nullam causam habeat interrogationis *πρὸς μητρὸς* — nam. unde pastor, qui vagantem se forte infanti incidisse (*εὑρών* 1026) narravit, novisse poterat, quis auctor esset pedum depravationis —, habeat vero continuo, nbi pastor aliquid speciosi nosse visus est. Itaque etiam Heimsoethii et Herwerdeni coniecturae inutiles sunt. — *Ib. v. 1273 sq.*, quos aut spurios aut corruptos esse censet Nauckins, genuinos esse intellegitur ex ipsis verbis *τοιαῦτ᾽ ἐφυμνῶν*, quae si paucis verbis interpositis post *αὐδῶν τοιαῦθ᾽* inferrentur, molestum id esset. Poetae antem ea

quae non sunt diversa (ἐν σκότῳ ὀψοίατο — οὐ γνωσοίατο) inter se opponere licet, quia alterum positive (ἐν σκότῳ), alterum negative expressit videlicet eo consilio, ut quae re vera contraria sunt (οὓς μὲν οὐκ ἔδει, liberos — οὓς ἔχρῃζεν, parentes cfr. 1371 sqq.) inter se opponere posset. — *Ib. v. 1304 sq.* delet Nauckius. Sane verba πολλὰ δ' ἀθρῆσαι inepta videntur. Sed quid movit aliquem, ut illa tria adderet? Accedit quod revera cupidus est chorus quaedam cognoscendi (cfr. 1327 sq.) et interrogationes ipsás (τίς σ' ὦ τλῆμον κτέ) omittit (ἀλλά 1303), ut dicat quantopere adspectu dirae faciei commoveatur. Denique θέλων scil. ἐσιδεῖν σε plane otiosum est. Has ob causas una verba πολλὰ δ' ἀθρῆσαι spuria videntur, quae addita esse puto, quum aliquis post οὐδ' ἐσιδεῖν σε simile desideraret aut, etsi absurdum videtur, opinatum hexametrum (πόλλ' ἀνερέσθαι, πολλὰ πυθέσθαι, πολλὰ δ' ἀθρῆσαι) complere vellet (certe non addita sunt ea qua Heimsoethius Cur. crit. I p. 227 sq. arbitratur ratione). — *Ib. v. 1380* delet Herwerdenus ut inficetum (ex alia fabula adscriptum putat B. Todtius Ann. schol. Berol. N. S. I p. 221). Cfr. v. 1202 sq. Vim sententiae sentiet qui cogitaverit de iis, quae in v. 1381 sq. dicuntur. Verbum τραφείς recte se habere („in summo splendore vixi, habitus sum“) idque ipsum, non στραφείς scholiastam interpretatum esse διατρίψας, docuit Meinekius. Nisi particula γέ verba κάλλιστ' ἀνὴρ εἷς ab universo genere humano ad civitatem Thebanam restringere putanda est, *ΔΕΤΑΙC* in *ΠΑΤΡΑΙ* mutaverim (cum ἐν πάτρᾳ Θήβαις cfr. v. 1524). — *Ib. v. 1484 sq.* damnavit B. Todtius (l. c. p. 225) ut ab histrionibus additos eo loco, quo diversa sententiarum ratio cognoscatur. Eum secutus est Nauckius. Oedipus quum filias arcessit primum ex quo oculos sibi effodit, inauditam rationem iis exponit, quae inter ipsum et filias intercedat (ἀδελφάς — τοῦ φυτουργοῦ πατρός), ut apte cum accusatione et excusatione versus 1484 sq. adiciat. Alia ratione (τοιαῦτ' ὀνειδιεῖσθε) mentio fit rerum foedarum v. 1496 sqq. — *Ib. v. 1526* subditicium iudicavit Iacobsius. Cobetus Nov. Lect. p. 219 veterem lacunam τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασιν expletam esse suspicatur. Sane huius versus, qualis in libris legitur, et oratio a Sophoclis dicendi genere et sententia ab hoc loco abhorret. Sed emendationibus admissis quae factae sunt: οὗ τίς οὐ ζήλῳ πολιτῶν

ταῖς τύχαις ἐπέβλεπεν sententia cum maxime accommodata est. Illud dubito an facilius corrigatur sic: *ὃν τίς οὐ ζῆλον πολιτῶν ταῖς τύχαις ἐπιβλέπων*, quia sic omnia vitia ex una corruptela repeti possunt. — *O. C. v. 83* suspectat Nauckius ut satis ieiunum. Aliud est *ὥστε πᾶν ἐν ἡσύχῳ*, aliud quod dicere vult Antigona „ut tranquille possis quodvis loqui, quum praeter me nemo adsit", quae videlicet caeco dicit patri. — *Ib. v. 337—43* damnavit Meinekius (ed. p. 105 sq.). Ante eum iam A. Schoellius suo more illos versus abiecerat. Rem dicit Meinekius absurdam, absonam et ab Oedipi persona et statu alienam, verba reprehendit *σφῷν δὲ* — *σφὼ δέ* in initio versuum prope contiguorum posita, vocem *σύννομος* ad hominum connubia translatam (aliam enim putat rationem esse El. v. 600 et Aesch. Pers. v. 704), locutionem *κατ' οἶκον οἰκουρεῖν*. Sane haec a nostro sensu aliquid abhorrent, Graecis auditoribus illius temporis condonanda sunt, quibus eiusmodi res aliquid delectationis adtulisse probabile fit, si de Euripidis similibus narrationibus cogitamus. Verborum reprehensio non satis habet causae. — *Ib. v. 380 sq.* suspecti sunt Dindorfio. Hi versus si abessent, aliquid desiderares, inprimis quum sequantur verba *ταῦτ' οὐκ ἀριθμός* — *λόγων, ἀλλ' ἔργα δεινά*. Verba sunt corrupta. Multi multa excogitaverunt, nihil quod tibi arrideat. Mihi facillime sanari videntur verba hoc modo: *ὡς αὐτίκ' Ἄργος, ᾗ* (pro *ἢ*) *τὸ Καδμείων πέδον τιμῇ καθέξων, τῇδ' ἐς* (pro *ἢ πρὸς*) *οὐρανὸν βιβῶν* i. e. „ut Thebas prostraturus, ita Argos ad astra sublaturus". Praeterea Cobeti coniecturam *αἰχμῇ* amplectendam esse puto. — Nec magis quam hi versus abesse possunt similes versus *1305—7*, quos Martinus propter v. 1311 sq. spurios habet ita tamen, ut pro illis etiam hi v. *1311 sq.* possint expungi. Ut illis carere non potes, ita his carere non vis. Sic enim describit Polynices rem magnifice, ut in Oedipum etiam aliquid beneficii conferri videatur, quod cum eo communicetur victoria, ut hi versus transitum parent ad nuncupationem sociorum. Praeterea ad v. 1305—7 (non ad v. 1318) pertinent verba Oedipi 1372 sq. idque ita, ut simul ratio habeatur verborum Ismenae v. 380 sq. — (Huius Oedipi orationis *v. 1370—2* interpolatione laborare putat Nauckius iniuria). — *Ib. v. 458* Meinekius, si abesset, non desideraret. Nos desideraremus, nam magni momenti est ad conciliandos Athenienses.

Ceterum iam k. Schenklius (Phil. XVII p. 230 sq.) hunc versum spurium iudicaverat. — *Ib. 610 sq.* interpolatoris esse conicit Nauckius; nam v. 611 ibi tantum locum habere, ubi dicendum sit res humanas in dies in peius verti (Philol. IV p. 191 sq.). Qui cogitat de praeclaro illo loco Ai. 669 sq., eum non puto hunc locum interpolatori tribuere posse. Ad perfectiora progrediens poeta in terram, in corpus, in animum exerceri vim temporis dicit, quorum postremum proprie exprimit et praesentis sententiae consilio accommodate. — *Ib. 640 sq.* proscribit Nauckius. Nihil aptius et convenientius esse potest quam Thesea quum antea ad chorum converterit sermonem, in extrema oratione Oedipum adloqui eique optionem dare domicilii. Illud bene vidit Nauckius reduci debere ex cod. La εἴτ' ἐμοῦ στείχειν μέτα nec tamen, quae Meinekii opinio est, lacunam esse post v. 639 statuendam comparato O. R. v. 92 et Eur. Ion. v. 1121. Nihil vero obstat quominus Theseus conversus ad Oedipum addat verba: τὸ δ' ἡδὺ τούτων κτἑ cfr. v. 642 τί δῆτα χρῄζεις. — Dindorfius (cfr. ed. IV praef. p. 37) etiam *v. 638 sq.* submovet. — *Ib. v. 739* delendum suspicatur Dobraeus (Adv. II 35) ratus eum conflatum esse ex v. 741—4. (Etiam duriusculum quis versum existimare possit propter literam π quater repetitam). Vana est suspicio. Creon maxime misericordiam simulat deliberateque etiam civibus causam misericordiae tribuit, ut plus fidei faciat. Ad hunc autem versum praecipue pertinet illa obtestatio εἰ μὴ — ἔφυν κάκιστος (743). Praeterea ipsum sententiarum nexum (ἀλλ' ὦ ταλαίπωρ' Οἰδίπους κτἑ) qui recte perpenderit, illum versum necessario requiri iudicabit. — *Ib. v. 890* a Sophocle alienum arbitratur Nauckius. De locutione καθ' ἡδονὴν ποδός cfr. Phil. 206 στίβου κατ' ἀνάγκαν. De sententia cfr. O. C. 306 sq. Verba οὗ χάριν non ad τὸ πᾶν, sed ad universam sententiam ὡς εἰδῶ τὸ πᾶν referenda sunt. Nihil igitur suspecti habet versus, habet vero quod poetae interest. — *Ib. v. 1523* damnat Herwerdenus (Anal. crit. ad Thuc. Lys. Soph. Aristoph. etc. p. 13), quia mire dicatur χῶρος κέκευθε, quia quum κέκευθε idem sit quod κεῖσθαι, nullam causam habeat μήτε - μήτε, quia denique supervacaneus sit versus, quum φράζειν significet ‚indicare'. — Cfr. Hermanni adnot. Dicitur autem χῶρος κέκευθε, quia minus de ipso loco, quam de corpore condito cogitatur. —

Ant. v. 197 otiosum languidumque dicit Nauckius. Verba τὰ πάντα, ἃ τοῖς ἀρίστοις κτἑ pertinent ad πάντ' ἀριστεύσας in hunc sensum „ut insignia facta edidit Eteocles, ita insigne eius funus erit“. Creon enim omnia ex aequa rectaque aestimatione dispensare vult. Cfr. etiam Ai. 1379 μηδὲν ἐλλείπειν ὅσον χρὴ τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσιν πονεῖν βροτούς. — *Ib. v. 212* demendo, quum alii mutando, alii addendo locum sublevare student, medelam reperiri posse Kviçala putat. Aptissime senum regi oboedientium chorus Creontis consilia illis verbis comprobat. Cfr. O. C. 937 sq. Ceterum v. supra p. 40. — Similiter putat *ib. v. 1159* Nauckius additum. De ratione obiecta referendi cfr. Hom. Il. VIII, 64 sq. — *Ib. 285—88* ut suspectos notat Nauckius. Maxime reprehendit verbum ἔκρυπτον et ambigue dictum τοὺς κακοὺς τιμῶντας θεούς. Illud verbum optime et in Creontis ingenium orationemque et in ipsam rem (cfr. v. 255 τυμβήρης μὲν οὔ, λεπτὴ δ' — ἐπῆν κόνις) convenit. Cfr. etiam El. 838. Haec locutio ne ambigua sit, facile post verba πότερον ὑπερτιμῶντες ὡς εὐεργέτην voce actoris cavetur. Sententia autem „num ut beneficum Polynicem a diis honorari putas an maleficos ab iis honorari vides?“ animo regis cum ira et studio reprehendentis accommodatissima est. Manifestum vero est et verbis οὐκ ἔστιν (289) confirmatur, Creontem talia addere omnis scrupuli ex animis senum eximendi causa. Verba καὶ γῆν ἐκείνων mutata velim in δίκην τ' ἐκείνων comparatis v. 368 sq. — *Ib. v. 452* damnari desiit a Dindorfio aliisque, ex quo de Valckenarii coniectura τοιούσδ' ὥρισεν pro οἳ τούσδ' ὥρισαν restitutum est. — *Ib. v. 495 sq.* submovet Zippmannus (Athet. Soph. p. 11—15), quia nocenti qui ipse se prodat animi conscii indiciis apte opponi (μισῶ γε μέντοι) non possit nisi aut is qui supprimere possit illa indicia aut is, qui in manifesto scelere deprehensus tamen infitiari audeat. — Ismenam infitiari noxam Creon, quo est ingenio, et ex moribus illius et ex iis quae vidit (λυσσῶσαν αὐτὴν οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν) conligit illique opponit Antigonam rem libere et ingenue et cum quadam laudis adsumptione confitentem i. e. humilitati petulantiam opponere sibi videtur et ut illam despicit — v. 492—4 cum contemptu dicuntur —, ita hanc odit. Verbo καλλύνειν autem in re praviore (v. 482 sq.) propterea utitur Creon, quia rem communiter eloquitur. Ceterum poeta hos duos versus etiam hanc ob causam

addidit, ut animos ad Antigonam converteret et quae v. 536 sqq. proferuntur, probabiliter differre posset. — *Ib. v. 506 sq.* incommodos habet A. Iacobus, qui etiam in versibus qui sequuntur *507—21* multa molesta invenit. Nauckius eicit v. 506 sq. ut ab Euripide fortasse profectos (cfr. Iahn. ann. vol. 65 p. 243), quam coniecturam iudicio suo comprobavit Dindorfius. — Fac abesse v. 506 sq., verba *σὺ τοῦτο — ὁρᾷς* (508) aut ad 502 sq. referuntur secundum scholiastae interpretationem *σοὶ μόνῃ τοῦτο δοκεῖ δίκαιον εἶναι ταφῆναι τὸν Πολυνείκη* aut ad sententiam *τούτοις τοῦτο — φόβος* (504 sq.). Illud excluditur sententia quam addit Antigona *τούτοις — φόβος*, nam haec non certissima fiducia, sed temeritas esset ducenda, si Creon, quasi Antigona illa verba non dixisset, ex eo ipso, quod iam negatum est, cum Antigona consentire neminem, refutationem repeteret. Ad v. 504 sq. autem verba *σὺ ὁρᾷς* referri non possunt, quia tum non hoc, sed *σὺ τοῦτο ὁρᾷς, ἐγὼ οὐχ ὁρῶ* dicendum erat. Restat igitur, ut v. 508 ad 506 sq. referatur nec quidquam obstat. Negat quidem Iacobus, v. 508 eo minus ad locum communem illum referri posse, quod chorus antea (v. 211 sqq.) idem dixerit. Enimvero versibus 506 sq. longe alia continentur ac Iacobus aliique putant. Sententia enim non ad verba *εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλῄοι φόβος*, sed ad universam sententiam *τούτοις — φόβος* pertinet, ut hic sit sensus: hi quoque mecum consentiunt; tu vero ignoras vocem populi, nihil curas ut tyrannus iudicium civium et in hac mea causa tuum unius sequeris arbitrium (cfr. quae Haemon v. 694 sqq., 705 sqq. patrem admonet). Ad hoc respondet Creon: id Cadmei non dicunt. Non dicunt quidem, inquit Antigona, sed tacite sentiunt. Vides quanta cum acerbitate, quam non plane perspexisse videtur scholiasta, Antigonam communi sententia velut propria utentem faciat poeta. Pro particula *ἀλλά* autem adeo *γάρ* non flagitatur, quae Dindorfii opinio est, ut si particula *γάρ* posita esset, hi versus spurii procul dubio haberi deberent. — Reliqua quae reprehendit Iacobus, ut v. 508. 509. 515 sq. 520 sq. eicere in animum inducat, inania sunt. In v. 515 *ὁ κατθανών*, quod vituperat Iacobus quia alter frater et ipse mortuus sit, ita dicitur, ut causa adferatur negati *οὐ μαρτυρεῖν* (mortuorum fratrum mutua adfectio alia est ac vivorum). V. 520 autem idem inutilem dicit, quia communiter exprimat, quod Creon

(518) proprie dixerit. Sed v. 519 ad v. 517 eadem ratione pertinet, qua v. 520 ad v. 519, et v. 521 necessarius est, quia cum hoc uno, non cum v. 519 coniungi potest v. 522. — *Ib. v. 644* Nauckio suspectus est, sed eici nequit. Subiectum et verbi ἀνταμύνωνται et verbi τιμῶσιν est γοναί et ut cuiusque viri est secundum Solonem εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρὸν, τοῖσι μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ δεινὸν ἰδεῖν (cfr. Pind. Pyth. II 83), ita in utraque re filius patri adesse debet. Verba autem ἐξ ἴσου πατρί non ‚aeque ac patrem', sed ‚aeque ac pater' interpretanda sunt. — *Ib. v. 680* delendum arbitratur Bergkius et Meinekius (Anal. crit. ad Ant. p. 24 sq.), qui certe melius fecissent, si una v. 679 damnassent. Nam quis non sentit, versu 679 orationem finiri non posse? De numero aequali versuum, qui sunt Creontis et Haemonis, supra (p. 41) diximus. Rationem quae inter v. 678 et v. 680 intercedit, aperuit M. Seyffertus. Famam γυναικῶν ἥσσονος ut turpissimam auribus filii inculcat Creon in fine orationis gravissime. — *Ib. v. 1045—47*, quos spurios iudicat Morstadtius (l. supra p. 96 l. p. 53), non magis additicii sunt quam v. 1030 sq., de quibus infra dicetur; versus 1054 autem argumento est, versum 1048 pertinere ad illos ipsos versus, nisi forte adstipulari vis Morstadtio etiam *v. 1053—6* et *v. 1060 sq.* temere proscribenti. — *Ib. v. 1092—4* cum *v. 1096 sq.* interpolatos iudicat idem Morstadtius (l. c.). Non ad unum v. 1091 pertinere potest ἔγνωκα καὐτὸς καὶ ταράσσομαι φρένας. Versibus 1092—4 spatium iuventutis et virilis aetatis non excluditur. — *Ib. v. 1176 sq.* deleri vult A. Iacobus. Scholiasta adnotat: τὸ X, ὅτι ἐρωτᾷ πότερα πατρῴας ἢ πρὸς οἰκείας χερός, ἀκούσας ἤδη ὅτι αὐτόχειρ ἀπέθανεν. Videlicet veteres critici non minus quam recentes consilium poetae ignoraverunt, qui vim nuntii plenam perturbationis effingit (cfr. Trach. 875 sqq. 881—90) verbaque πατρὶ μηνίσας φόνου, quae demum choro totum rei nexum ob oculos ponunt, addit, ut exclamet chorus ὦ μάντι, τοὔπος ὡς ἄρ' ὀρθὸν ἤνυσας (cfr. 1067). Quis non videt consulto poetam nuntio eam locutionem tribuere, qua interrogatio chori parum tranquilli non excludatur? Nam sane voce αὐτόχειρ (eigenhaendig) nuntius dicere vult, sua se manu interemisse Haemona, sed cum utatur passivo αἱμάσσεται, res non ita definitur, ut ne cogitare quidem possit chorus de vi aliunde inlata.

Quod Iacobus etiam vocabulum *φόνου* reprehendit hoc uno apud Sophoclem loco non de caede dictum, brevitati studuit poeta. *Ib. v. 1225* veretur Dindorfius ne ab interpolatore confictus sit, quia verba *καὶ τὸ δύστηνον λέχος* inutiliter inlata sint post verba aliquanto graviora *εὐνῆς τῆς κάτω φθοράν*. Utcunque verba *εὐνῆς τῆς κάτω φθοράν* sunt interpretanda, hoc adparet tres, se, patrem, sponsam commiserari Haemona, et qui v. 1225 tollit, idem tollit consilium poetae speciosum, qui Creontem gravissime concuti facit, cum invitus audiat sua ipsius facinora filium patris praesentis ignarum miserantem. Vide autem, ne *κάτω* depravatum sit ex *γ' ἄνω* (quid sit *εὐνῆς τῆς γ' ἄνω φθοράν*, cognosces ex v. 1240 sq. *τὰ νυμφικὰ τέλη λαχὼν δείλαιος ἐν γ' Ἅιδου δόμοις*). — *Ib. ex v. 1279—81* Bothius v. 1279, Wexius v. 1280, Heilandius (l. supra p. 107 l. p. 11) v. 1281 ut ex v. 1296 confictum et ex margine in textum receptum damnat. V. 1281 abesse non potest rectissimeque cum Reiskio scribitur *τί δ' ἔστιν αὖ; κάκιον ἢ κακῶν ἔτι;* (cfr. M. Seyfferti adnot.). Neque vero versu 1280 aut 1279 carere possumus. Restat igitur, ut aequabilitatis antistrophicae restituendae causa (cfr. Heiland. l. c.) in versibus 1301—5 aliquid intercidisse statuatur. Dindorfius (cfr. not. ed. Oxon. 1860) post v. 1301, Bergkius (cfr. annal. antiqu. discipl. 1850 p. 563) post v. 1303 interiisse versum censuit. Mihi post v. 1303 non integer versus, sed exclamatio Creontis *αἰαῖ* vel *οἴμοι* verbis nuntii interposita deesse videtur. —

Trach. 44—8 Wunderus (Em. in Trach. p. 167—70) ab histrionibus additos indicat. Dindorfius unum v. 43 delendum esse suspicatur. Nauckium maxime hoc offendit, quod famula postea nihil inquirit de tabella. Wundero displicent verba *χρόνον γὰρ οὐχὶ βαιόν, ἀλλ' ἤδη κτἑ*, quibus Deianira sollicitudinis causam potissimum ex longo temporis spatio quod absit Hercules, repetere videatur. Maiori etiam offensioni sunt ei verba v. 46 *κἄστιν τι δεινὸν πῆμα*, quibus intolerabili ratione prorsus idem dicatur, quod modo dictum sit v. 43. Totam autem sententiam 'ab hoc loco alienam esse contendit, quia eadem res v. 155 sqq. exposita sit. — Quis non videt Sophoclem hoc Deianirae prologo totum rerum statum exponere, ad quem in hac fabula vel maxime pertinet temporis spatium, quod Hercules domo abest, ita autem exponere quae ex usu sunt, ut summa arte

id agat, ne docentis personam induat, ut est in prologis Euripidis, sed naturam exprimat in oratione Deianirae? Quae qui reputaverit, illa verba χρόνον γὰρ κτέ recte aestimabit. Optime autem tabellae iam hoc loco mentio incohatur ex illo artis praecepto, quod inprimis Goetheum et animadvertisse et coluisse constat. Haberent qnidem auditores qnod admirarentur, si v. 76 sq. subito de illo oraculo audirent. Eadem ratione aliquid adtinebat etiam ad v. 173 sq. (χρόνου τοῦ νῦν παρόντος), iam antea spectatores didicisse nuno ipsos quindecim menses esse peractos. Ceterum melius fecisset Wunderus, si simnl v. 43 eiecisset; nam v. 42 finis orationis esse potest, v. 43 non potest. Denique ratio intercedit inter verba ὠδῖνας — ἐπίσταμαι (nam in hoc verbo vis sententiae inest) — δεινὸν πῆμα in hunc modum: curam reliquit — haec cura prope certa mali scientia est — eaqne mali gravissimi, quum Herculis vita ipsa in discrimine versetur. — Ib. v. 88 sq. Brunckius post v. 91 conlocavit mutato νῦν δ' in ἀλλ', quod maxime probat Wunderus (Em. in Trach. 178 sq.). Hermannus censuit repetitum νῦν δέ satis arguere, nihil mutandum, sed primae editionis verba (*v. 90 sq.*) eicienda esse, in qna versibus 88 sq. finita fuerit Hylli oratio. Dindorfius deniqne *v. 88 sq.* eiecit. — Recte Vauvillersins et Billerbeckius ἐᾷ in εἴα mutaverunt. In repetito νῦν δέ diversa vi praedito nihil offensionis esse nnnc constat (cfr. etiam O. R. 54, 56), ut etiam quod nunc Dindorfius pro priore νῦν δ' scribit ἀλλ', improbandum videatur. Addidit hos versus poeta, ne parum probabile videretur filium nnnquam, quum tam longum temporis spatium abesset pater, ullam patris cnram ostendisse (cfr. 56 sq. 65 sq.) nec matrem illud oraculum communicavisse cum filio. — *Ib. v. 166—8* spurios dixit Dobraeus Adv. II p. 39, *v. 170* Wunderus (l. c. p. 183 sqq.) interpolatum iudicavit, *v. 169 sq.* Bergkius cancellis sepsit. Dobraeum et Wunderum sequitur Dindorfius, qui suspicatur, ὡς quod saepe cnm numeralibus coniungatur, pro particula finali accepisse interpolatorem, Dobraeum Schneidewinus, Nauckius qui quum simpliciter hos versus eicere molestum ducat, proponit οἰζὺν ἔφραζε — εἱμαρμένον — πόνων adiungendum ad v. 164 sq. — Versibus 166 — 8 eiectis quaero qno pertineat τοιαῦτ' ἔφραζε — ἔφη, quo pertineant verba τῶνδε ναμέρτεια — ὡς τελεσθῆναι χρεών, quae ad aliquod discrimen spectant. Neque ὡς

hic cum numeralibus coniungi potest, ubi certus accuratissimeque circumscriptus numerus definitur (Dindorfio quidem nou est numerus tam definitus, qui in adn. ad v. 44 ex *τρίμηνος κἀνιαύσιος* tredecim menses efficit). Quod autem Dobraeus dicit inepta haec verba esse eo loco, ubi omnia pessima ominetur Deianira, primum debet Deianira etiam choro integrum Herculis vaticinium exponere, deinde quum *θανεῖν* (166) sit ‚mortuus esse', etiam adiectis verbis *ἢ τοὔθ᾽ — βίῳ* satis causae habet Deianira inquietis et sollicitudinis (cfr. *τῶνδε ναμέρτεια — ὡς τελεσθῆναι χρεών*), praesertim cum adhuo nihil de marito compertum habeat (*ἀκήρυκτος μένει* v. 45), verba autem *ἢ τοὔθ᾽ — βίῳ* non impediant, quominus iam ante mensem quintum decimum redux sit Hercules. Nam haec dicit Deianira et seusit Hercules: quinto decimo meuse aut redux ero aut mortuus; si non redux ero, haec testor. Itaque cum postea nuntius adferatur de sospite et incolumi Hercule, iam omnia prosperum habere videntur eventum. Similitudo autem, quae est versui 168 cum v. 81, in eadem re ex oraculo pronuntiata plus naturae habet quam offensionis. De oraculo denique, quod v. 824 sq. a choro praedicatur, recte statuit Hermannus. Ceterum reputes, quaeso, hic non ipsum oraculum te audire, sed Herculem illud interpretantem. *V. 169 sq.* autem si ita interpretaris, ut *εἱμαρμένα τῶν Ἡρακλείων πόνων* dictum putes pro *εἱμαρμένα περὶ τῶν Ἡρακλείων πόνων* et infinitivum *ἐκτελευτᾶσθαι* explicandi causa adiectum, neque in genetivo quidquam difficultatis inest neque in infinitivo, pro quo, quem Wunderus flagitat, infinitivus futuri vitiosus esset. *Ἡρακλείων* non ita acceptum velim, ut cum magna gravitate dictum putetur, quasi Hercnles de alio homine, non de se loquatur (ut Ai. 98, O. C. 3, 109, 626), sed post *ἔφραζε* relatum existimo vel ad Deianiram quae rem uarrat vel ad deos qui hunc finem laborum statuunt. — *Ib. v. 252 sq.* ab histrione adiecti videntur Wundero (l. c. p. 186 sq.), „olim suspecti videbantur" Bergkio. Wunderus et inutiliter repetitum, qnod modo dictum (*κεῖνος πραθεὶς — ἐμποληθείς, ὡς αὐτὸς λέγει — ὥς φησ᾽ αὐτός*) et inutiliter adiectum, quod alibi expositum (*ἐνιαυτὸν ἐξέπλησεν* cl. v. 69) et perverse enuntiatum putat, quod Licham ne teuerrimum Deianirae animum laedat, reticere necessario conveniat, Omphalae Herculem veniisse. — Recte adnotarunt interpretes,

verbis κεῖνος δὲ πραθεὶς κτέ interruptam orationem continuari (conl. v. 281, Ant. 685, 1196, Ai. 487). Egregie autem verba ὡς αὐτὸς λέγει post ὥς φησ' αὐτός compositam narrationem et malam conscientiam Lichae produnt (cfr. πιστὸς ὢν κείνῳ v. 286). Egregie etiam poeta facit Licham contumeliam servitutis (Ὀμφάλῃ τῇ βαρβάρῳ) augentem, ut fidem paret reliquae narrationi. Nam non Deianirae animum ne laedat, cavet famulus, sed ne de Hercule suspicio oriatur. Qui denique ἐνιαυτὸν ἐξέπλησεν inutiliter adiectum indicat propter v. 69, nihil indicat. — *Ib. v. 356 sq.* item ab histrione additos censet Wunderus (l. c. p. 188 sqq.), Bergkius quoque suspectos habet. „Inutiliter, ait Wunderus, id adiectum, quod expositum v. 254—80. Deinde in solius Omphalae servitute fuit Hercules, non Lydorum quoque, decepto histrione versibus 248 sqq., qui summam rei ignorantiam prodidit verbis ὁ ῥιπτὸς Ἰφίτου μόρος, quasi Hercules propter iniuriam Iphito inlatam Eurytum petiisset. Effecit vero qui hos versus adiecit, ut ὃν in v. 358 non ad ἔρως, sed ad μόρος referatur.“ — Nobis quidem videtur poeta summa arte depinxisse adversantem, convicientem, refutandi studiosum delatorem, qui ex narratione adversarii quaedam arripit et cum risu perstringit. Hanc ipsam ob rem declamatio versuum orationi ipsi interpositorum ita comparata est, ut ὃν sua sponte referatur ad ἔρως. Ceterum cfr. v. 431 sqq. — *Ib. v. 295* Wunderus quia valde inutilis sit ab histrione additum iudicat. Adsentit Dindorfius, Nauckius, Bergkius. Mihi, alia causa atque Hermanno, non inutilis videtur esse, sed animo conditionique Deianirae accommodatissimus. Veretur enim illa, cum omnes res praeter spem secundae evaserint, communem laetitiam sollicitudine sua perturbare et aliquid ab omnium gaudio alienum inferre. Hanc ob rem, quod iam per interrogationem dixerat, idem per adfirmationem et gravioribus verbis eloquitur, ne cui liceat ipsius laetitiam in suspicionem vocare, efficit autem hoc ipso studio, ut animi haesitatio etiam magis adpareat. Quem praeter ipsum poetam animi motus adfectusque eximie callentem hunc versum adfinxisse putas? — *Ib. v. 305* nescio an quis spurium existimare velit, quia sit inhumanior sententia. Optime se habet versus, quod et natura exprimitur illa desideratione et quod eventus rationem habet poeta. — *Ib. v. 444* damnat Wunderus (l. c. p. 193 sq.), quia insolentia Deianirae insit tanquam dicentis difficilius esse se vinci ab amore

Digitized by Google

quam deos, quia amor Deinariae nihil aliud significare possit quam amorem alius viri, quia denique nullo verbo a poeta sit indicatum Iolen amore Herculis captam fuisse. Schneidewinus obloquitur, Nauckius an versus genuinus non sit, dubitat. — Praeter exspectationem sane haec sententia infertur, sed equidem contendere audeo, quo magis praeter exspectationem, eo accommodatius inferri versum ad dissimulationem rivalitatemque Deianirae describendam. Nam si nihil accepit Deianira, num Iole amore Herculis flagret, certe ut aemula mulier illud suspicatur, id quod ex v. 447 sq. 462 sq. aperte cognoscitur. Particula γέ autem in κἀμοῦ γε non ad deos pertinet, sed ad ceteros mortales qui animo Deianirae obversantur. Postremo illud animadvertendum est, de industria deliberateque Deianiram notionem amoris latius patentem nulla coniugalis amoris ratione habita exhibere et amorem universum ut communem omnibus rem, quasi nihil differat inter vitiosum et licitum amandi genus, proponere. — *Ib. v. 596 sq.* Dindorfius suppositicios arbitratur. Hos versus Sophocles — id quod saepius fecit Euripides — ideo adiecisse videtur, ne postea silentium chori improbabile videretur (cfr. 934 sq.). Deianira autem αἰσχρά non nefaria, sed pudibunda intellegit et cum haec dicit, animum suum aperit pudore tenebricosae rei commotum. Tragicam autem ironiam, ut solet, his versibus exprimit poeta et iam v. 725 sq. quasi παλινῳδίαν canentem facit Deianiram, ut ii qui illos versus audiverunt vehementer permoveantur. — *Ib. v. 781 sq.* quamquam iam Athenaeus II p. 65 F in suo exemplari repperent, interpolatori deberi Meinekius (Symb. crit. ad Ant. p. 42) demonstrare studet. Hi versus si abessent, aliquid desideraretur in iis, quae „narrat facundia praesens“. Cfr. Eur. Cycl. 400 sqq. Corrupta verba αἵματός θ' ὁμοῦ ab aliis aliter tentata sunt: et ex re veritateque et ex literis facillime corriguntur hoc modo: αἷμά τ' ὄρθιον (cfr. nostratis poetae verba: ein blutstral hoch aufspringt). Vocis κόμης autem ratio eo contineri videtur, quod sub coma prosilit cerebrum. — *Ib. v. 934 sq.*, quos in suspicionem vocat Nauckius, necessarii sunt. Pro ἄκουσα conieci σφαλεῖσα, quod occupatum vidi ab Heimsoethio; sed nihil corruptum esse, ἄκουσα vero vim participii passivi continere videtur. —

Phil. v. 268—70 suspectavit A. Iacobus (quaest. Soph. p. 310 sq.), quod ξὺν ᾗ nimis remotum sit a nomine νόσῳ, quod et verba et sententiae male repetantur, quod denique Philoctetes non locum, ubi ipse vulnus acceperit, sed Graeci unde Lemnum venerint, Neoptolemo ennarret, quibus addidit Buttmannus causam, quod hoc loco Chryses ut insulae nomen legatur, reliquis duobus antem deae vel nymphae nomen sit. Has inanes causas refutavit Wunderus (Advers. in Phil. p. 7—12). Scilicet quae sunt in elegantia ponenda hoc loco, ea vitii arguuntur. — *Ib. v. 317 sq.* ne quis suspectet ut inhumane dictos; nam et praesenti conditioni et naturae chori sunt aptissimi. — *Ib. v. 351* aut eici ut a sciolo confictum aut ὅπως ἴδοιμι· ζῶν γὰρ οὔ νιν εἰδόμην scribi iubet Meinekius (Anal. Soph. ad h. l.). Nihil aut spurium aut corruptum est. Nam non modo de temporum computatione non argutandum esse recte monet Hermannus, sed etiam quinque sexve anni pueri nondum memoriae aut mentis satis compotis excludendi sunt, quibus in computationem adsumptis Neoptolemus, cum Troiam arcesseretur, iuvenis quindecim vel sedecim annorum haberi poterat. — *Ib. v. 637 sq.* Hermannus choro tribui, Bergkius obelo configi iubet. Communis causa, quae etiam ad Neoptolemum pertinet, aptissime infertur post propriam Philoctetae causam et accommodatissima est ad concludendam orationem. — *Ib. v. 671—3* interpolatos esse arbitratur Dindorfius, quem secutus est Nauckius, Neoptolemo tribuit Doederlinus (Bergkius, Kolsterus, alii). L. Spengelius (Philol. XX p. 292) pro εὖ παθών (672) scribi vult οὐ παθών. Hermannus qui vetat illos versus Neoptolemo datos in ipso fine huius scenae conlocari, ante v. 671 versum excidisse arbitratur. Wexius denique (Soph. Anal. p. 21 sq.) hos versus ita continuat orationi Philoctetae, ut v. 668 scribat καὶ σ' ἐπεύξασθαι et hoc coniungat cum verbo ἄχθομαι („neque moleste fero te gloriari"), quae iudicio suo comprobat Meinekius (Philol. XX p. 721) addito in v. 672 scribi debere εὐπαθῶν („in rebus secundis"). — Longum est haec omnia persequi. Rectissime hi versus Neoptolemo tribuuntur. Hic qui in insulam venit, iuvenis aetate provectiori Philoctetae dicere potest οὐκ ἄχθομαί σ' ἰδών τε καὶ λαβὼν φίλον; hic verbis εὖ παθών comprobat, quae Philoctetes v. 663—6 dixit; huic denique convenit lepidum facetumque vel iuvenile quoddam

dicendi genus, quod est in verbis οὐκ ἄχθομαι — λαβών et in verbis ὅστις γὰρ εὖ δρᾶν εὖ παθὼν — κρείσσων φίλος, quo intellecto nihil est quod mutes. Ludit enim tecte quodam modo iuvenis severum Philoctetam, qui in attrectatione arcus summum divinumque donum ponit. Cfr. v. 656 sq., 660 sq., 779—81. — Quid in duobus versibus insequentibus suspectum sit Nauckio, non adsequor. Verba χωροῖς ἂν εἴσω Neoptolemi, cetera Philoctetae esse, Bergkio, qui contraria statuit, demonstrari potest ipsis vocabulis καὶ σέ γ'. — *Ib. v. 776—8* A. Iacobus (l. c. p. 311 sq.) in suspicionem vocavit, quia cum Philoctetes arma sibi (ἐμοί τε) aerumnosa dicat, alia fabula respiciatur a Servio ad Aen. III 402 prodita, qua Philoctetes una ex suis sagittis venenatis vulneratus esse tradatur, ubique autem in hac fabula a serpentis morsu vulnus Piloctetae repetatur. Bene haec refutavit Wunderus (Adv. in Ph. p. 13 sq.), qui docet sagittas propterea dici aerumnosas, quod qui eas gestarunt, Philoctetes et Hercules, miseriis conluctabantur, ut hoc quasi proprium huius arcus credat Philoctetes. Recte autem interpretatur verba Hermannus „ne tibi labores creet neve talis existat qualis et mihi et Herculi fuit." — *Ib. v. 794 sq.* aut interpolatos aut graviter corruptos arbitratur Nauckius (Cur. Eurip. II p. 161 not.). Spurios haberi hos versus nefas duco. Ne corruptum quidem in iis quidquam esse docet M. Seyffertus (cfr. Wunder. Adv. in Phil. p. 44). — *Ib. v. 871* ne quis spurium iudicare in animum inducat. — *Ib. v. 958* subditicium arbitratur Purgoldus. Quae ratio sit versuum 957 et 958, bene explicat M. Seyffertus. — *Ib. versui 1009* nondum quis censeat locum esse, quia honestius dicatur de Neoptolemo, de quo modo dixit Philoctetes versus 926 sqq. At post v. 978 res aliter se habet atque is versus ad animum Neoptolemi convertendum magni est momenti. —

7. De auctoribus (et aetate) interpolationum.

Hac quaestione profligata pauca disserenda sunt de auctoribus eorum versuum, quos spurios cognovimus. Multi multa dixerunt de histrionibus: egregie de iis disputavit Valckenarius ad Eur. Phoen. 1286 (1282), Boeckhius gr. trgc. princ. cap. I. — Memorabile inprimis est decretum Lycurgi oratoris quod exstat apud [Plut.] vit.

decem orat. p. 841 F: *τὸν δὲ* (scil. *νόμον εἰσήνεγκε*) *ὡς χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι τῶν ποιητῶν Αἰσχύλου Σοφοκλέους Εὐριπίδου καὶ τὰς τραγῳδίας αὐτῶν ἐν κοινῷ γραψαμένους φυλάττειν καὶ τὸν τῆς πόλεως γραμματέα παραναγιγνώσκειν τοῖς ὑποκρινομένοις· οὐκ ἐξεῖναι γὰρ αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι.* [Interpretationes et coniecturas, quae in hunc locum, quem corruptum esse primus C. A. Boettigerus vidit, prolatae sunt, conlectas habes in dissertatione O. Kornii de publico Aeschyli Soph. Eur. fabularum exemplari Lycurgo auctore confecto p. 3—7: *οὐκ ἐξεῖναι γὰρ ἄλλως αὐτὰς ὑ.* (Grysar.), *οὐκ ἐξεῖναι γὰρ παρ' αὐτὰς ὑ.* (Heinrich. Boeckh. Wyttenbach. Hartung.) *οὐκ ἐξεῖναι γὰρ αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι ἀλλὰ ἀναγιγνώσκειν* (Kayser.), *τοῖς δ' ὑποκρινομένοις οὐκ ἐξεῖναι παρ' αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι* (Bernhardy.). Mihi sententia clamare videtur ante *αὐτάς* intercidisse *αὐτούς*: *οὐκ ἐξεῖναι γὰρ* **αὐτοὺς** *αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι*]. Hoc institutum tragoediarum integritatem adeo non servavisse, ut etiam factas pridem mutationes confirmaverit et confirmatas bona fide grammaticis tradiderit, Boeckhius l. c. docet. Atque interpolationes actorum, quae in scholiis traduntur, eo tempore natas videri, quod fuit inter compositionem exempli publici idque Alexandriam translatum (Galen. in Hippocr. Epidem. III 2), quum ipsum exemplum non eum textum praeberet, qui ad poetarum autographa quam proxime accederet, sed qui ab histrionibus conformatus esset, Kornius l. c. (cfr. p. 24) demonstrare vult. —

Principio quum sint qui omnia et maxime varia histrionibus imputent, velut Wunderus Em. in Trach. p. 164 sqq., mihi genera quaedam illorum operae ex veterum criticorum commentariis definienda sunt. Ac primum genus hoc cognoscitur, cum illi conformationem verborum parum intellegerent cfr. schol. ad Eur. Med. 85 *τίς δ' οὐχὶ θνητῶν· οὕτως ἀναγνωστέον „τίς δ' οὐχὶ θνητῶν", καὶ στικτέον· εἶτα ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς „ἄρτι γιγνώσκεις τόδε". διὸ καὶ μετὰ τοῦ σ γραπτέον· — οἱ δὲ ὑποκριταὶ τοῦτο ἀγνοήσαντες τὸ τῆς ἀντιδιαστολῆς μετατιθέασιν εἰς τὸ „τίς δ' οὐχὶ θνητῶν ἄρτι γιγνώσκει σαφῶς* (cfr. ad ib. 148 et 228). Ex eiusmodi mutationibus actorum scenicorum etiam aliquot speciosas varias lectiones repeti posse ut Trach. 7 *ὅτλον*, 12 *κύτει βούπρῳρος*, effici potest ex adnot. schol. ad ib. 910 *ἰδίως οὖν εἴρηκε πόσει ἀντὶ τοῦ πόσιος· οἱ δὲ ὑποκρι-*

ταὶ ἀγνοήσαντες γράφουσιν ἀντὶ τοῦ πόσει ἐμοῦ, ὅπερ οὐ δεῖ et ad Eur. Phoen. v. 264 *οὐ μεθῶσιν· οἱ μὲν γράφουσιν οὐκ ἐφρῶσιν (ἐκφρῶσιν). οἱ οὖν ὑποκριταὶ διὰ τὸ δυσέκφορον μεταπλάττουσι τὴν λέξιν·* cfr. Richter. de Aeschyli Soph. Eur. interpr. Gr. p. 27. —

Alterum genus est, cum ille perspicuitatem sententiae aut copiam rem plane cognoscendi desiderare sibi viderentur, cfr. schol. ad Ai. 841 *ὑποβληθέντα πρὸς σαφήνειαν τῶν λεγομένων* (cfr. supra p. 133). Itaque in hoc genere pleraque eorum ponenda sunt, quae supra ex secunda et tertia causa interpolationis duximus (sub 5, cfr. schol. ad Ant. 45 supra p. 128, et sub 6). Etiam Trach. v. 684 et O. C. v. 1626 histrionibus tribui possunt. —

Tertium genus est, cum simili sententia aut alia causa histriones adducerentur, ut versum aut eiusdem aut alius fabulae, quem memoria tenebant, repeterent vel inferrent cfr. schol. ad Eur. Med. 739 *ἢ θηκτόν· ὧδε καλῶς κεῖται· Δίδυμος σημειοῦται, ὅτι κακῶς οἱ ὑποκριταὶ τάσσουσιν ἐπὶ τῶν δυοῖν τὸ σίγῃ δόμους εἰσβᾶσα, καὐσω ἢ σφάξω αὐτούς* cfr. ad ib. 356. Recte igitur Valckenarius ad Eur. Phoen. v. 1282 repetitum ex v. 976 adnotat haec: „Suspicor versum histrionibus deberi, quibus dum superius recitata forte recordabantur, insciis exciderit.“ Illud quidem mihi parum perspicuum est, quomodo ii versus ex ore histrionum in libros poetarum immigraverint. Sed res habetur et cogitari quidem ratio potest. Id autem cum satis saepe in Euripidis fabulis accidisse videmus, in Sophoclis fabulis certe quod ad eas, quas nos habemus, fabulas adtinet, semel evenit: post *O. C. 769* enim libri habent repetitum v. 438, quem delevit Valkenarius ad Eur. Hippol. 1029, Musgravius, ceteri.

Ib. 1716 verba *αὖθις ὧδ' ἔρημος ἄπορος* ut inlata ex v. 1735 delevit Reisigius, Lachmannus, Dindorfius. Nauckius sola verba *ἔρημος ἄπορος* eicit idque bene facit, nisi quod etiam *ὧδ'* eiciendum videtur, ut *Ἀίδας* (1689) et *αὖθις* (1716) etiam propter similem sonum eundem locum obtineant. Vox *αὖθις* autem quae unice in hunc locum convenit, ansam dedit illa supplendi. Itaque cum in v. 1690 delenda sint verba *πατρὶ ξυνθανεῖν γεραιῷ*, in v. sq. *γ' ὁ μέλλων*, haec relinquuntur optime concinentia:

1689 *οὐ κάτοιδα· κατά με φόνιος Ἀίδας*
ἕλοι τάλαιναν· ὡς ἐμοὶ βίος οὐ βιωτός·
1715 *ὦ τάλαινα· τίς ἄρα με πότμος αὖθις*
ἐπαμμένει σέ τ' ὦ φίλα πατρὸς ὧδ' ἐρήμας.

Etiam *v. 1713* verba *ἰὼ μὴ γᾶς ἐπὶ ξένας θανεῖν ἔχρῃζες* ex v. 1705 conficta putat Dindorfius. Sed unum vocabulum *μὴ* falsum esse vidit quidque rei sit explicavit optime Nauckius. Non autem delendum *μὴ*, sed *ἰὼ μὴ* corruptum ex *ὤμοι* (cfr. Ai. 900, 901 *ἰώ μοι* pro *ὤμοι* ut saepissime; *μοὶ* in *μὴ* vel depravatum vel causa perspicua correctum est):

1686 *γᾶν ἢ πόντιον κλύδων' ἀλώμεναι βίου*
δύσοιστον ἕξομεν τροφάν·
1713 *ὤμοι γᾶς ἐπὶ ξένας θανεῖν ἔχρῃζες· ἀλλ'*
ἔρημος ἔθανες ὧδέ μοι. —

Denique qui v. *O. R. 1303* a Dindorfio deletum interpolavit, verba ex v. 1308 sumpsit, qui El. 77 vocabulum *δύστηνος* ab eodem expunctum addidit, versum 80 respexit. Sed haec posterioribus interpolatoribus, non histrionibus deberi probabile est.

Multas autem earum sententiarum communium et causarum quas spurias iudicavimus (sub 4) tribuendas esse memoriae histrionum, supra p. 121 ad El. 1173 monuimus.

Itaque eorum, quae adhuc subditicia cognovimus, maximam partem ab histrionibus profectam esse probabile est, ut posterioribus grammaticis additamenta, qualia sunt Ai. 554 b, Trach. 585 sqq. (cfr. supra p. 94) et fortasse Trach. 684, O. C. 1626 relinquantur. —

8. De retractatione et correctione fabularum.

Quartum denique interpolationis genus — nam quod narratur apud Plut. de fort. Alex. or. II p. 321 ed. Reisk. *κωμῳδοὶ δ' ἦσαν οἱ περὶ Λύκωνα τὸν Σκαρφέα· τούτῳ δ' εἴς τινα κωμῳδίαν ἐμβαλόντι στίχον αἰτητικὸν γελάσας ἔδωκε δέκα τάλαντα*, singulare est neque quidquam huc adtinet — postremum igitur genus, quocum nova nobis quaestio de retractatione fabularum coniuncta est, ostenditur argumento Rhesi fabulae in quo sunt haec: *πρόλογοι δὲ διττοὶ*

φέρονται. ὁ γοῦν Δικαίαρχος ἐκτιθεὶς τὴν ὑπόθεσιν τοῦ Ῥήσου γράφει κατὰ λέξιν οὕτως·

νῦν εὐσέληνον φέγγος ἡ διφρήλατος.

ἐν ἐνίοις δὲ τῶν ἀντιγράφων ἕτερός τις φέρεται πρόλογος, πεζὸς πάνυ καὶ οὐ πρέπων Εὐριπίδῃ· καὶ τάχ' ἄν τινες τῶν ὑποκριτῶν διεσκευακότες εἶεν αὐτόν· ἔχει δὲ οὕτως κτἑ cfr. etiam schol. ad Eur. Orest. 1367 τούτους τοὺς τρεῖς στίχους οὐκ ἄν τις συγχωρήσειεν Εὐριπίδου εἶναι ἀλλὰ μᾶλλον τῶν ὑποκριτῶν. Sed hoc loco non modo de histrionibus dicamns sed etiam illud inquiramus oportet, unm ex retractatione fabnlarum iterum producendarum ab ipsis poetis confecta quaedam reliqna sint (cfr. Boeckh. l. p. 154 l. cap. II).

Antigonam fabulam a Sophocle ipso correctam et expolitam esse Boeckhins (p. 139) sagaciter conatur efficere ex eiusdem fab. versibus *1031 sq.*

εὖ σοι φρονήσας εὖ λέγω· τὸ μανθάνειν δ'
ἥδιστον κτἑ

conlato loco Athenaei X p. 453 E, in quo elisio vocalis in fine versus ab tragoedia grammatica Calliae repetitur, qnem primus Euripidis in Medea (Ol. 87, 1), deinde Sophocies in Oedipo imitatns esse narratur, ut ex G. Hermanni praecepto (Opnsc. I 137. 143) ea elisio ab omnibus tragicorum fabulis abindicari debeat, qnae ante Sophoclis Oedipnm editae snnt. Res est maxime dubia (cfr. Welckeri disp. in Mus. Rh. I (1833) p. 137 sqq.) et si vera sit Boeckhii suspicio (cfr. Lachmann. de chor. syst. p. 117), illud ex ea ipsa re intellegitur, nou molesta adparere vestigia alterius editionis. Nam nt illi versus prope necessario reqniruntnr ad concludendam orationem et ad aequabilitatem orationis perficiendam, qnam supra p. 125 monstravimus, ita in tota fabula uihil nsquam ita repetitum invenitur, ut ex correctione versunm ortum esse videatur. —

In Trachiuiis suspicionem dnplicis recensionis faciunt Hermauno aliquot variae lectiones (v. 7 ὄκνον libri, ὄτλον schol.; v. 12 ἀνδρείῳ τύπῳ βούκρανος libri, ἀνδρείῳ κύτει βούπρῳρος Strabo X p. 458. 787 ἐκτύπουν libri, ἔστενον Diog. L. X 137), versus nunc incommodi 84 (prioris, 85 alterins ed.), 88. 89 (pr., 89. 90 alterins), 526 — 528 (quorum iu locum in ed. sec. v. 523 — 525 snbstituti

sint), 898. 899 (in ed. priore pro 893—897). Etiam v. 295 ed. prioris videri loco v. 293. 294; et v. 1117 quum omittant membranae et cod. Harl., si etiam v. praecedentem omitterent, vestigium diversae recensionis hoc putari posse putat.

Dobraeus Adv. II 39 sq. fabulam a διασκευαστῇ fuisse interpolatam suspicatur offensus v. 76. 77, quia de Euboea non loquutum sit oraculum — pro χώρας exspectari πείρας, ὁδοῦ, ἀγῶνος —, quia ista non conhaereant cum 40 sq., 73, 97—102, quia denique 79—80 ne in Euripide quidem nedum in Sophocle ferri possint.

Bergkius vestigia duplicis recensionis deprehendit in v. 527—30, 1114. 1115, ubi Hermannum quoque idem cogitasse antea dixi, 801. 802., 875 sqq. 1144. 5 —

Maxime horum locorum memorabiles sunt duo 523—30 et 875 sqq. — In *v. 523—30* Hermannum multo prudentius fecisse Bergkio, quod v. 526 coniunxit cum versibus sequentibus, sponte adparet. Vana igitur sunt, quae Bergkius de lacuna post v. 526 dicit. Hermanno autem v. 529. 530 continuanti versui 525 obloquitur Wunderus Em. in Trach. p. 182, qui βέβακεν cum imperfecto ἧστο coniungi posse negat. Quamobrem Wunderus, quem praesens ἀμμένει, quod propter βέβηκεν non possit pro praesente historico accipi, pronomen ἐγώ (525), sententia ipsa, quam Hermannus velit in v. 525 inesse „summa tantum rerum capita dico", prorsus inutilis offendit, omnes v. 526—30 ab histrione profectos putat. Cfr. supra p. 19 sq. Equidem quoties hoc carmen lego, summa eius dulcedine insigniqne festivitate ita capior, ut paene irascar criticis qui partem de eo detrahunt. At nihil interest inter 523 sqq. et 526 sqq. et altera sententia inutilis est. Concedo, si nihil interest inter ἥμην (παρ' ὄχθῳ) et ἥμην ἐκπεπληγμένη φόβῳ, μή μοι τὸ κάλλος ἄλγος ἐξεύροι ποτέ (24 sq.). Chorus postquam certamina procorum vivide descripsit, simpliciter addit: adsidebat puella exspectans coniugem. Tum quasi ipse se corrigens dicit se quidem (ἐγώ) post eventum (τέρμαϑ' οἷα) facile dicere posse „exspectans coniugem", quia de uno Hercule victore quum ea dicat cogitet, puellae autem, de qua certabatur quaeque destituta, sola non minus Acheloum metuebat quam Herculem sperabat coniugem,

suspensam et cum summa sollicitudine coniunctam fuisse exspectationem (*ἐλεινὸν ἀμμένει*). Ita enim *ἐλεινὸν ἀμμένει* dictum, ut sit *τὸ ἀμμένειν ἐλεινὸν αὐτῇ ἐστιν; κἀπὸ — βέβακεν* autem more poetico positum pro *βεβηκυίας*. Iam nihil obscuri superest et vides, poetam cum consilio hac correctione usum esse, ut magis depingeret sollicitum Deianirae inter certamen animi motum (cfr. quae supra p. 126 ad v. 24 sq. diximus). —

Ibid. 875 sqq. similia saepius repetuntur, ut *οὐ δήπου*θ' *ὡς θανοῦσα; — τέθνηκεν ἡ τάλαινα; τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φῄς; — εἰπὲ τῷ μόρῳ ξυντρέχει; αὐτὴν διηίστωσε — στονόεντος ἐν τομᾷ σιδάρου — αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε*. Bergkius haec existimat vestigia alterius recensionis esse, nobis videtur poeta cum natura et summam perturbationem famulae quae se ex consternatione recipere nequit, et summum terrorem chori qui quae audit, ut credat animum non inducit, adumbrasse. Iam verba *βέβηκε-ἐξ ἀκινήτου ποδός* monstrant poetam sectatum esse propriam rei veritatem naturamque. Cum 876 sqq., in quibus consilium poetae non potest non agnosci, apte comparant Ant. 1172 sqq. Quum ad interrogationem chori (878) mulier atrocitate rei adhuc plena nihil aliud quam *σχετλιώτατα πρὸς πρᾶξιν* respondeat, iterum quaerit ille et tandem aliquid accipit *αὐτὴν διηίστωσε*, sed ad proximam interrogationem *τίς θυμὸς — ξυνεῖλε; πῶς — ἐμήσατο;* visu mulier etiamtum perculsa id respondet, quod non flagitavit chorus, ut hic temperare sibi non possit, quin illam *ματαίαν* dicat (*ἐπεῖδες, ματαία*). V. 890 urget chorus, ut singula audiat, quae iam 882—86 quaesiverat (*τίς* neque cum Erfurdtio ad *ὕβριν* neque *τίς ἦν* cum Wundero in *τίς ἦνεν* mutandum, sed interrogatio est communis cum chorus cupide inquirat). Haec autem interrogatio post *αὐτὴν διηίστωσε* simillima est interrogationi in Antig. 1176 *πότερα πατρῴας ἢ πρὸς οἰκείας χερός;* post *Αἵμων ὄλωλεν· αὐτόχειρ δ' αἱμάσσεται* inlatae (cfr. supra p. 147). Dein ubi chorus totam rei veritatem et atrocitatem a famula iam magis ad tranquillitatem redacta comperit, admirationem, quod Deinaria sua ipsa manu se enecuerit (cfr. 998), exprimit verbis *τί φωνεῖς;* quae magis exclamatio est, quam interrogatio, qua comprobata, ut Ant. l. l. *ὦ μάντι τοὔπος ὡς ἄρ' ὀρθὸν ἤνυσας*, ita hoc loco additur *ἔτεκεν ἔτεκε — Ἐρινύν*. Wunderus autem (Em. in Trach. p. 108—10)

v. 892 σαφηνῆ interrogative dictum choro continuat, ut eiectis versibus *893—5* ἄγαν γε ad σαφηνῆ; referatur neve subiectum (νύμφα, ἕδρασε) mutetur et ut suspecta locutio τίκτειν Ἐρινύν amoveatur, quae non est quod omnia inania demonstrem una re adlata, ᾤκτισας in eo ordine non habere quo pertineat.

V. 898 sq. cum Hermanno sine iusta causa mihi videntur delere Dindorfius, Nauckius, nam hoc ipsum, quod alienum putat chorus ab animo muliebri sibi ipsum consciscere mortem (cfr. 892), excitat famulam ad narrandam totam rem, ut fidem faciat choro (ὥστε μαρτυρεῖν ἐμοί). Pronomen τις sane, quod omisit Triclinius, falsum est et additum v. explendi caussa, verum non ab interpolatore versus, sed ab aliquo metrico, ut non mutandum sit cum Schneidewino (ind. lect. Gott. 1842 p. 255) in δή vel cum Wundero in τοί, sed eiciendum cfr. supra p. 80. —

Etiam in *v. 1114 sq.* Bergkius vestigia alterius recensionis deprehendit, Hermannus in versibus proximis. Repetitum παρέσχες — παρασχὼν nonnullos offendit, Wunderum qui Em. in Trach. p. 156 εἴπερ πάρεστιν, Heimsoethium qui ἐπεὶ παρίῃς scribi vult (C. cr. I p. 154). Prorsus eadem ratione Ai. 729 ὥστ' εἰς τοσοῦτον ἦλθον, ὥστε καὶ χεροῖν κτἑ repetitur ὥστε, nam prius παρέσχες est ‚concessisti', alterum σιγὴν παρασχών ‚silentio facto', ut aliquid discriminis intercedat. Verba σιγὴν παρασχών autem cum verbis ἐπεὶ παρέσχες ἀντιφωνῆσαι, non cum κλῦθί μου construenda esse adparet; hoc enim vult filius, qui adhuc omnes diras in matrem innocentem passus est, quasi purgandi sui causa dicere, se continua patris oratione impeditum esse quominus contradiceret. Jam quid in ceteris verbis aliquam suspicionem movere possit, non adsequor; minus etiam adsequor, cur *v. 801. 802* Bergkio alterius videantur esse recensionis (etiam coniecturam μὴ δαὑτοῦ melius comprimebat ille) aut *v. 1144. 1145*, quibus egregie post verba Νέσσος Κένταυρος κτἑ adfectus exprimitur eius, qui subito universa sua conditione fatali inlustrata ad desperationem omnium rerum adducitur.

De reliquis versibus (84. 88. 89. 295) iam supra (p. 135. 149. 151) dictum est; varias lectiones autem, quas in hanc rem adfert Hermannus aliis auctoribus deberi iam constat. Quae autem Dobraeus

profert, ex iis nihil aliud verum est quam vocem χώρας (*v. 77*) falsum esse, id quod nemo non concesserit. Corruptum videtur recordatione v. 74 *Εὐβοΐδα χώραν*. Dronkius proposuit ὥρας, Dobraeus et Meinekius *πείρας*, ego conicio ὁρμῆς. —

Quae cum ita sint, n u l l a m i h i r e t r a c t i o n i s f a b u l a r u m a b i p s o p o e t a c o n f e c t a e v e s t i g i a e x s t a r e v i d e n t u r. —

Deinceps quaeritur, num filii et nepotes Sophoclis, Iophon filius, Sophocles minor, cum fabulas patris docerent, easdem immutaverint.

Ac primum quidem occurrit nobis locus famosus *Ant. v. 900—928*. Longum est omnia enarrare quae inde ab Aug. Iacobo usque ad H. Kratzium de hoc loco vel dicta vel scripta sunt, ut summa hic mihi carpere liceat. Memorabile est, quum primus A. Iacobus in quaest. Sophocl. (p. 363—368) anno 1821 editis Antigonae orationis versus 905—913 suppositicios iudicasset, Goetheum paucis annis post ignorata Iacobi disputatione illum locum sibi maculam videri dixisse (Serm. Eckerm. III 128). Plurimi secuti sunt Iacobi sententiam in praef. edit. Berol. 1849 p. 17—23 repetitam et expositam; quum ille vv. 905—913 eiecisset, Schneidewinus iisdem versibus eiectis in v. 914 scribi voluit *μόνῳ Κρέοντι* vel *Κρέοντι μέντοι*, Nauckius primo post χοὰς ἔδωκα (902) continuaverat *ταῦτ᾽ ἔδοξ᾽ ἁμαρτάνειν* (914) et in v. 916 scripserat *ἄγει με δὴ Κρέων οὕτω λαβών* (cfr. Iahn. annal. vol. 65 p. 243), postea auctore K. Lehrsio (cfr. ib. vol. 85 p. 298) v. 904—920 damnavit atque etiam v. 922 sq. ut suspectos notavit, H. Kratzius (progr. Gymn. Stuttg. 1866) 904—924 expulit, Dindorfius denique totam declamationem v. 900—928 paucioribus quibusdam quos Sophocles posuisset versibus ab vetere interpolatore substitutam esse censuit sive is Iophon Sophoclis filius fuerit sive unus ex eo genere poetarum, quos Aristophanes inprimis in Ranis v. 90 descripserit. — Defendit hunc locum ut integrum et prudentissimo consilio compositum A. Boeckhius (in ed. huius fabulae Berolini a. 1843 p. 167 sq., p. 260—266) et novissime M. Seyffertus. (Schoenhornii dissertationem „ueber die aechtheit der verse 895—906 (i. e. 904—915) in der Antigone" Breslau 1822 non novi). Causas ii qui damnant v. 905—913 — nam in his versibus quaestionis cardo versatur — repetunt ex mente Antigonae parum sibi constanti —

— haec causa Goetheum quoque movit —, ex oratione ab elegantia Sophoclis et perspicuitate prorsus aliena, ex imitatione Herodoti III 119 satis absurda; ii qui defendunt, *περιπέτειαν* effingere dicunt poetam in persona Antigonae sensumque antiquitatis diversum esse admonent a nostro (cfr. etiam quae L. Speugelius in Urlichsii Annal. Wirceb. I p. 182 contendit), oratiouem minus perfectam accommodasse poetam censent animo Antigouae vehementissime commoto, auctorem denique adferunt Aristotelem qui in rhet. III 16 haec dicit: *ἂν δ' ἄπιστον ᾖ, τότε τὴν αἰτίαν ἐπιλέγειν ὥσπερ Σοφοκλῆς ποιεῖ παράδειγμα τὸ ἐκ τῆς Ἀντιγόνης, ὅτι μᾶλλον τοῦ ἀδελφοῦ ἐκήδετο ἢ ἀνδρὸς ἢ τέκνων· τὰ μὲν γὰρ ἂν γενέσθαι ἀπολόμενα, μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς βεβηκότων οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς ὅστις ἂν βλάστοι ποτε* — sunt hi versus 911 sq., nisi quod in libris legitur *κεκευθότοιν*, cuius loco illic *βεβηκότων*, Clem. Alex. Strom. 6 p. 747 *τετευχότων* substitutum est memoriae lapsn —.

In tanta summorum virorum dissensione si mihi licet qnid sentiam dicere, non dubium mihi videtur, quin aliena manns in huno locnm grassata sit. Non demisso animo aut, ut ait M. Seyffertus, „restincto paulisper animi ardore ad sanitatem humanitatis pleniorem revocata“ loquitnr Antigoua, sed omissa omnium quae adhuc tenacissime defendit et usqne ad extremum spiritum defendit memoria, nt iam se ipsa condemnare videatur; neqne vero ab amore fraterno causam facti repetit, qunm ipsa dicat nisi parentes iam mortui esseut, non futurum fuisse, ut iuvitis civibus debita fratri mortuo praestaret. Imitatio autem Herodoti et manifesta et inepta est. Nam apud Herodotum Intaphernis uxor sana ratione dicit: *πατρὸς δὲ καὶ μητρὸς οὐκ ἔτι μευ ζωόντων ἀδελφεὸς ἂν ἄλλος οὐδενὶ τρόπῳ γένοιτο*, optione data, vivnm quem conservaret, maritum an liberos an fratrem. At hoc loco quid vita parentium ad mortnnm fratrem spelieudum adtinet? At „inqnit Seyffertus, hoc vult Antigona, fratrem si insepnltum reliquisset, ita sibi perpetuo defuturum fuisse, nt eius amore, quoniam in vivis iam non esset, ne apud mortuos quidem frui videretur.“ Quid agis Antigona? Apud mortuos quidem tn etiam alterum fratrem habes, nt amisso allerius amore hoo consoleris et procreatione quidem novi fratris non indigeas. An tu tam

11*

inhumana es, ut putes officia sepulturae fratri deberi, quia nulla spes sit novi fratris, liberis vel marito non deberi, quia aliorum liberorum et alius mariti semper maneat copia?

Sed quid multa? His causis non omnes moveri facile largior; quem vero oratio huius loci non movet, eum nihil movet. Omnia fere verba gravissimis reprehensionibus obnoxia sunt: conlocatio vocabuli εὖ (904), verba εἰ τέκνων μήτηρ ἔφυν (905) — debet dicere „si unum ex liberis amisissem" —, εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο (906) — in sepulcro? —, βίᾳ πολιτῶν (907) — cives secum idem sentire et conscia sibi est Antigona et supra 504 sq. praedicavit —, κατθανόντος (909) — exspectes τοῦ προτέρου κατθανόντος —, παῖς ἀπ' ἄλλου φωτὸς, εἰ τοῦδ' ἤμπλακον (910) — haec ne Seyffertus quidem ferre potest, ut frustra tentet παῖς ἂν ἀλλόφαντος —, alia, videlicet in hunc locum „omnia mala cumulante fortuna." —

Quae quum ita sint auctoritas Aristotelis nihil aliud probare potest quam, quod quidem etiam sine hoc testimonio facile suspiceris iam ante Aristotelis aetatem hunc pannum adsutum esse. Nam nimis dubia est A. Iacobi opinio (p. 13) Aristoteli ipsi hoc exemplum (ὥσπερ Σοφοκλῆς ποιεῖ παράδειγμα κτέ) inlatum esse. Veteres in hac re minus scrupulosos fuisse constat. Minos quidem ab Aristophane Bycantio, certe non minore in hac re teste, in Platonis scriptis ducebatur (Diog. L. III 62 cfr. Boeckh. trgc. princ. etc. cap. VIII). Mira autem est grammatici cuiusdam memoria in Cramer. Anecd. Oxon. IV p. 315: ἕκτον κρίσις ποιημάτων· πολλὰ γὰρ νοθευόμενά ἐστιν, ὡς ἡ Σοφοκλέους Ἀντιγόνη· λέγεται γὰρ εἶναι Ἰοφῶντος τοῦ Σοφοκλέους υἱοῦ. ὁμοίως τὰ Κυπριακὰ καὶ ὁ Μαργίτης, Ἀράτου τὰ Θυτικὰ καὶ τὰ περὶ ὀρνέων, Ἡσιόδου Ἀσπίς. Quamquam dubium non est, quin falsa sit haec memoria — fuit qui veram putabat —, tamen non prorsus abicienda videtur. Quid enim quaeso in tam insigni, tam celebrata poetae fabula illius famae causa fuisse potest, nisi forte petulantis mendacium agnosere vis? Accedit quod Suidas de Iophonte tradit: δράματα δὲ Ἰοφῶν ἐδίδαξε ν', ὧν ἐστιν Ἀχιλλεύς, Τήλεφος, Ἀκταίων, — καὶ ἄλλα τινὰ τοῦ πατρὸς Σοφοκλέους. Quamobrem eorum opinio in quam ipse in legenda Boeckhii de

hac re disputatione (l. c. cap. VIII) incidi, summam habet probabilitatem, qui Iophontem novam huius fabulae recensionem docuisse putant. Atque Iophontis ingenio, quale descripsit schol. Arist. Ran. 78 *οὐ μόνον ἐπὶ τῷ ταῖς τοῦ πατρὸς τραγῳδίαις ἐπιγράφεσθαι κωμῳδεῖται, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καὶ ψυχρὸς καὶ μαλακὸς εἶναι*, hic Antigonae locus optime convenit. Haec autem si huius loci origo putanda est, adparet nihil statui de germanis Sophoclis verbis neque subditicios versus a genuinis accurate exsolvi posse; nam facile intellegitur talem interpolatorem omnia miscuisse. Pertinent quidem verba v. 899 ad Polynicem, quod non primus invenit M. Seyffertus graviter a Kratzio ob hoc vituperatus, sed iam sensit Dindorfius, Nauckius, sentit quicunque v. 891—899 integre, non cognitis versibus insequentibus, legit. Nihilo secius versus 900—904 nihil habent quod iure reprehendatur, nam quod voce *ὑμᾶς* (900) etiam Polynices adsumitur et v. 902 sententia *νῦν δέ, Πολύνεικες, τὸ σὸν δέμας περιστέλλουσα τοιάδ' ἄρνυμαι* minus apte infertur, hoc condonandum commoto Antigonae animo. V. 914—920 vero cum istis suppositiciis ita coniuncti sunt, ut recta ratione ab iis solvi nequeant. Praeterea *v. 917 sq.* reprehendunt ut ex v. 867. 876 compositos idque recte; nam quamquam saepe sententiae apud Sophoclem, quae iam in melicis enuntiatae sunt, in diverbio repetuntur (inprimis in Philocteta), tamen ab ipsa Antigona haec tertium importune proferuntur. V. 921 bene quidem ad v. 904 adiungi potest. Sed *v. 922 sq.* iam minus probantur. Ceterum salvo sententiarum nexu hi duo aut quattuor versus 921—4 eici nequeunt. Quod de interpretatione versus 926 *παθόντες ἂν ξυγγνοῖμεν ἡμαρτηκότες* dubitant, admoneo Antigonam nihil aliud dicere quam quod proverbialiter dicere poterat *παθοῦσα μαθήσομαι*. Quod denique Dindorfius censet *μὴ πλείω κακά* (927) perinepte dictum esse pro *μὴ μείω*, ut quidem Nauckius (et Herwerdenus) corrigere volunt, vel pro *ἴσα κακά*, tolerabilius id tibi videbitur, si sic scriptum et enuntiatum putaveris: *μὴ — πλείω κακά*, ut pro *μείω* subito cum magna sententiae gravitate inferatur *πλείω*. Similiter dictum Trach. 383 *ὄλοιντο — μή τι πάντες οἱ κακοὶ κτέ.* —

Haud secus molesti sunt in Antigona versus *1080—1083*. Delevit hos Wunderus, A. Iocobus, Dindorfius; Bergkius putat habuisse

suum locum eos in germana tragoedia transitus ad proximam fabulam parandi caussa, nunc in fabula ab Iophonte adornata importunos esse (edit. p. XXIII sq.).

Causae, quibus hi quattuor versus Sophocli abiudicantur, non minus graves sunt, quam quae in versus quos modo tractavimus proferuntur — defendit illos inprimis Boeckhius l. c. p. 274—279 — nec coniecturis (συνταράξονται Bergkius, ὅσων τὰ πράγματ' M. Seyffertus, πόλον pro πόλιν idem et Nauckius, σποδὸν Dobraeus coniecit) huic loco subveniri potest. Qui scribunt συνταράξονται rati Thesei epigonorumve expeditionem significari, neglegunt illam expeditionem hic mirum in modum molesteque inferri (cfr. quae Boeckhius disputavit l. c. p. 275) neque ob aras foedatas susceptam esse. Qui vero communem sententiam habere sibi videntur, ii neque ἔχθραι interpretari possunt nec dicere, quid hic valeat haec vilis futilisque sententia, errant etiam, quod πᾶσαι πόλεις oppositum opinantur verbis σοῖς δόμοις. Sed omnibus quae reprehendunt omissis orationis ordo his versibus interpositis destruitur: nam usque ad v. 1067 exponit Tiresias, quam Creon brevi poenam luiturus sit, deinde (1068—1076) cur poenam luere debeat, postremo indicium veritatis addit recordatione eorum quae Creon v. 1047 et 1055 obiecerat commotus, ut φανεῖ (manifestabit) interpositis verbis οὐ μακροῦ χρόνου τριβή recte pertineat ad verba εἰ κατηργυρωμένος λέγω et subiectum sit κωκύματα. Quodsi adiecti sunt illi quattuor versus, verbum φανεῖ vim hic propriam et post ἄθρησον unice veram amittit et in significationem pariendi edendique convertitur, quia tum non de indicio, sed subito de nova poena dicitur, in quam quidem verba ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοῖσδε ληφθῆναι κακοῖς nullo modo cadunt. —

Num autem hi versus ex alia fabula Sophoclis sumpti sint, velut ex Epigonis, in quibus accommodatiorem locum habere poterant, num Iophonti auctori debeantur vix discerni potest. Latere in iis nescio quid suspicor; videntur enim aliquid illo ipso tempore factum, quod nos fugit, tacite significare et cum consilio reprehendendi illud vindicandique compositi esse. Hoc quidem atque ipsum dicendi genus Iophonti fabulam retractanti facile imputaveris. —

Praeter hos duo locos in Antigona nihil est, quod alienam manum prodat. *Clausulam* fabulae, extremum chori carmen, addi-

ticiam arbitratur Fr. Ritterus, qui clausulas omnium septem fabularum recidit (Philol. XVII p. 422—436) usus rationibus parum idoneis. Contendit enim, fabulam ut incohetur per personas scenae, ita per easdem finiri debere, ut chorus simulac personae de scena decesserint, non habeat, quod quidquam canat aut loquatur: ubi enim nulla ratio inter ipsum et illas intercedat, officium eius esse nullum. Maiore credo iure haec contendas: Ut chorus cum carmine prodit, ita cum carmine exire debet: ut chorus quoties per fabulae decursum scena personis vacua fit, sua canit, ita par est eum post extremam personarum decessionem universum adfectum sensumque suum paucis exponere.

Et quidquid obloquitur Ritterus, extremum Antigonae carmen egregium est. Quod reprehendit τά γ' εἰς θεοὺς (sic Triclinius, La τά τ' εἰς θεοὺς) μηδὲν ἀσεπτεῖν, id defendit M. Seyffertus; Dindorfius scripsit ἐς τὰ θεῶν; mihi videtur τ' εἰς depravatum ex πρός: χρὴ δὲ τὰ πρὸς θεοὺς μηδὲν ἀσεπτεῖν (cfr. Phil. 1441 εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς). —

Neque *Electrae finis* quidquam habet offensionis. Illud manifestum est, non mortuum Agamemnona adloqui chorum, sed exeuntes personas verbis suis prosequi. Eadem ratione in *Oed. Col.* chorus prosequitur virgines Thebanas. Verba ἀλλ' ἀποπαύετε μηδ' ἐπὶ πλείω θρῆνον ἐγείρετε significant: Nolite adflictari et denuo inlacrimari, in quibus verbis nihil inepti est. Vim vocis κῦρος autem ipsiusque sententiae qui intellegit, non putat ἔχει positum esse pro ἕξει. —

In *Oed. R. versus extremos* Hartungius et propter verba λεύσσετ' Οἰδίπους ὅδε et propter appellationem ὦ πάτρας Θήβης ἔνοικοι Oedipo tribuit, quod item is sensit, qui scholion scripsit: αὐτάρκως ἔχει τὸ δρᾶμα, τὰ γὰρ ἑξῆς ἀνοίκεια, γνωμολογοῦντος Οἰδίποδος. Idem Cobetus Nov. Lect. p. 219 proponit, qui ἤδη primam personam (La habet ἤδη super η suprascripto ει) accipi et ἐλήλυθεν in ἐλήλυθα mutari iubet. —

Sed tertiam personam nos habere, demonstratur forma ἦν (1525) cfr. supra p. 24. Reputandum vero est, non chorum ad spectatores conversum haec pronuntiare, quae Dindorfii sententia est, sed coryphaeum ad ceteros choreutas, ut neque verba illa ab demonstrante

Oedipum exeuntem dicta neque appellatio *ὦ π. Θ. ἔνοικοι* quidquam offensionis habeat. Qui putant, non Eur. Phoen. v. 1759 hinc expressum esse, quod Porsonus, Hermannus, alii statuerunt, sed Oed. R. locum ex imitatione Phoenissarum confictum, ii neglegunt verbo *κλεινῆς* — *κλεινά* moleste repetito, persona tertia *ἔγνω* — *ἦν*, quum sequatur *κατέσχον*, verbo *ἔγνω*, quod ex consuetudine dicendi „aenigma solvere" *γνῶναι* (erraten) interpolator substituit, ut *μέγιστος* pro *κράτιστος*, sententiis denique *ὃς τὰ κ. αἰνίγματ' ἔγνω*, *ὃς* — *Σφιγγὸς κατέσχον* — *κράτη*, quarum altera inutilis est, interpolatorem in Eur. Phoen. deprehendi, qui eadem ratione ib. v. 1634 ex Sophoclis Antigona propter argumenti similitudinem adscripsit. Ex eo autem, quod in Phoenissis Oedipus haec pronuntiat, effici nequit etiam in Oed. R. eandem personam ea pronuntiare. —

De reliquarum fabularum clausulis infra dicetur.

Ad *Oed. Col. v. 237* scholiasta adnotat: *τὸ τῆς Ἀντιγόνης πρόσωπον ὅλον καὶ τοῦ χοροῦ τὸ τετράστιχον ἀθετοῦνται. Οὐδὲν δὲ ἐν τοῖς Διδύμου τούτων ὀβελισθὲν εὕρομεν.* Ab hypomnematistis igitur Alexandrinis quibus Didymus religiosior non obsecutus est (cfr. G. Wolff. de schol. Laur. p. 12 sq.), versus *237—257* Sophocli abiudicati sunt. Hoc uno exemplo sententia Kornii, quam supra (p. 155) adtulimus, refellitur; nam hic locus nullo modo posterioribus histrionibus imputari potest. Sed quid obstat quominus credamus, Alexandrinos grammaticos non solum id exemplar, quod Lycurgo auctore confectum erat, sed etiam singularum fabularum alia exempla, quae aut ipsa aut per exempla unde descripta erant illud exemplar aetate superabant, in manibus habuisse? Ita quidem interpretandum videtur quod scholiasta adnotat ad O. C. 390, ubi codex *εὐνοίας* habet: *ἐν τοῖς ἀναγκαιοτέροις τῶν ἀντιγράφων γρ. εὐσοίας χάριν, ὃ καὶ οἱ ὑπομνηματισάμενοι ἀξιοῦσιν* (cfr. l. supra p. 157 sq. ex Argum. Rhes. adlatum). Sed utcunque hoc est, recte iudicavisse videntur veteres critici. Nam Antigonae oratio quamquam aliquot locis elegans est aptaque ad misericordiam commovendam, tamen nonnulla habet importuna. Reprehendenda sunt inprimis cum Meinekio v. 244 verba *ἄντομαι* — *προφανεῖσα* et v. 250 sq. Multo accommodatior moribus Antigonae est intercessio eius 1181 sq. Et in versibus chori verba *οὐ σθένοιμεν ἂν φωνεῖν πέρα τῶν πρὸς σὲ νῦν εἰρημένων* magis in

cauponautem quam iu poetam conveniunt. Coniunctissime denique initium orationis Oedipi pertinet ad verba chori 228—236. —

Ib. v. 301—304 deleri iussit H. Hirzelius Mus. Rhen. N. XVIII p. 306—310, quem secuti sunt Meinekius (praef. Oed. Col.), Dindorfius, Nauckius. Idem invenit ignorata Hirzelii disputatione mecumque communicavit amicissimus mihi Eussnerus. Oblocutus est Engerus (ann. schol. Berol. XVIII p. 297 sq.). Molesti sunt versus et propter verba μακρὰ κέλευθος et propter mentionem viatorum — interpolator de universo itinere, quod Oedipus a Thebis ad Athenas fecit, cogitavisse videtur (cfr. v. 25) —. Qui adiecit hos versus, putabat Oedipum τοῦ τυφλοῦ (299) ita dixisse, ut sentiret, nuntium de adventu alicuius caeci hominis non satis videri ad Thesea commovendum, sed opus esse referri regem Oedipum illum esse caecum, quod missus viator ignarus Oedipi nominis referre non posset. Poeta talia neglegere potest; Theseus unde Oedipum agnoverit, exponit 551 sqq., ubi ἀκούων corruptum neque de nuntiis per viam adlatis cogitandum esse ex v. sequ. intellegitur. —

Videmus igitur aliquem ita correxisse hanc fabulam, ut aliqua adderet, quae cursum fabulae adiuvarent. Hoc consilio idem, non Sophocles, mihi videtur addidisse et *v. 95* (deus aut nihil aut unum aliquid definite ostendit neque Antigona illud audivisse videtur v. 1474; poeta autem talem rem non praedictam plus valere sciebat cfr. 1475 et 1514 sqq.) et *v. 862*, qui molestissimus est (Pideriti coniectura, hunc v. choro ita tribuendum esse ut μὲ in σὲ mutetur, nihil aut paulum expedit). —

Hunc autem correctorem fabulae fuisse Sophoclem minorem, ex Argum. Oed. Col. suspicari licet, ubi sunt haec: Τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίπουν ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς ὁ υἱιδοῦς ἐδίδαξεν υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος (a. 401 a. Chr. n.), ὅς ἐστι τέταρτος ἀπὸ Καλλίου, ἐφ᾽ οὗ φασιν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι. Huic fabulae correctori K. Fr. Hermannus (Quaest. Oedipod. Marb. 1837) omnes locos qui laudem aliquam Thebarum continent (inprimis *v. 919—23*), deberi censet (p. 43), id quod amplexus A. Schoellius ab illo correctore totam fabulam conversam esse demonstrare sibi videtur (cfr. supra p. 88). Similiter

iam Thierschius in Act. philol. Monac. I p. 328 iudicavit. V. 920 etiam Nauckius, illos versus 919—23 etiam Badhamus spurios arbitratur. Ii versus pertinent ad v. 912 (cfr. supra p. 75). Ceterum K. Fr. Hermanni sententiam in medio relinquere satius duco. —

Additamentum non minus molestum quam Ant. v. 905 sqq. occurrit mihi in *Electra.* Ibi enim *v. 61* damnavit Steinhartus (in progr. Portensi 1843 p. 7), hunc quidem iniuria, quia hic versus manifesto cum insequentibus conhaeret nec per se ipse prorsus improbari potest. Verum ipsi illi versus qui sequuntur (*62—66*) mihi putidissimi videntur et a Sophoclis dignitate alieni. Sive enim Pythagoram vel Ulixem intellegis quae veterum interpretum sententia est, hoc magis Euripide dignum est res obscuras obscure significare et importunam scientiam ostentare; sive aequales res tangi putas (cfr. Hermanni adnot.), bene sensit scholiasta, talia magis comoediae quam tragoediae convenire, et abhorret id ab eo, quem quidem novimus, Sophoclis more. Accedit, quod molestum est *ἐπαυχῶ*, *ἔτι*, verba *ὅταν δόμους ἔλθωσιν αὖθις*, quae omnia sunt parum exercitati scriptoris, molestissima vero sententia *ἐπαυχῶ ἄστρον ὡς λάμψειν ἔτι* inlata ante ipsas preces *δέξασθέ μ' εὐτυχοῦντα.* Quod v. 61 apud Athenaeum III p. 122 C commemoratur, nihil ad rem adtinet. Ceterum vidi etiam A. Schoellium et Morstadtium (Symb. El. A. A. 1864 p. 9 sq.) hos versus damnare, A. Schoellium comparata narratione Herod. IV 14 sq., 95. —

Ibid. *v. 1505 — 1507* delevit Dindorfius bene sentiens verba, quibus expressa est sententia, tirone digniora esse. Nec minus probabiliter idem dicit versus futiles et inutiles *1485 sq.* fortasse eidem deberi auctori. Nam et sententia et verba eidem conveniunt. Nihil autem tale Electram dixisse, adparet etiam ex verbis *λόγων γὰρ οὐ νῦν ἐστιν ἀγών, ἀλλὰ σῆς ψυχῆς πέρι* (1491 sq.) illisque versibus eiectis oratio aptior fit moribus Electrae. —

Idemne omnes hos versus (61—66, 1505—1507, 1485 sq.) addiderit et quis fuerit, discerni non potest. Maxime mihi histriones in suspicionem veniunt. —

In Iophontem, cui universam fabulam Trachinias quondam tribuit Schlegelius, etiam alia suspicio cadit. Sunt enim qui putent *extre-*

mam Aiacis fabulae partem Iophonti deberi. Sed res tam incerta tamque obscura est, ut mihi quidem nihil de ea re statuere liceat et satis sit ea adferre quae molesta videutur. Hoc quidem Welckero concedi debet, fabulam quae cum Aiacis morte finita sit, Atheniensibus spectatoribus iusto fine caruisse. Atque ex ipsis versibus 826—830 mihi luce clarius est poetam ea sequi voluisse quae sequuutur. Sed modus, quo haeo pars tractatur, a Sophoclis ingenio abhorrere videtur. Iam oratio Tecmessae v. 961 sqq. plura habet suspecta. *V. 966—68* Dindorfius damnavit, cum eos Lentschius (Ephem. Gotting. 1855 nr. 17 p. 167 sq.) post 973 transpositos choro tribuisset (cfr. Philol. X p. 367); Engerus (Mus. Rhen. N. XIV p. 475 sqq.) delevit 969, 970, 973 versibus 966 — 68 post 972 conlocatis; v. 971 — 973 et 964 sq. et 923 sq. (ut aequabilitas servetur) A. Sohoellius abiecit. Ceteras opiniones de his versibus coulectas habes apud Nauckinm, qui nunc 966—970 nncinis sepit, et apud Zippmannum qui eiectis versibus 966. 969. 970 hunc ordinem efficit: 971—973. 967 sq. (Athet. Soph. p. 22—36). Et Engeri et Zippmanni coniecturae, ut cetera omittam, hac una re refutantur, quod *ἐν κενοῖς* post v. 965 nullam habet causam, quam habet post 966 sq. et 970. Non suo incommodo, quod hio Ulixes facile neglexerit, sed inimici commodo inane fit illi gaudium ultionis.

Qui accurate rem considerabit, perspiciet opposita esse *οἳ δ' οὖν* (961) et *ἐμοί* (966), quae oppositio efficitur et conlocatione pronominis *ἐμοί* et voce eius qui recte verba pronuntiat („hi gaudeant, ego doleo non miuus quam illi gaudent“ — *ἢ* pro *ἦ* recte Schneidewinus ex Eustathio recepit). Hoc vero oppositum obscuratur importunis versibus 964 sq., qui procul dubio eiciendi snut. Verba *ἴσως τοι — δορός* interposita sunt pronuntianda voce immutata. Iterum sententiarum rationem obstruxit, qui v. 969 addidit, nam v. 970 cum magna gravitate adiectus est ad v. 968 completque seutentiam. Sensus autem reliquorum versuum est hic: In illos enim ex Aiacis morte redundat *τὸ οὐκ εἶναι Αἴαντα* ut liceat iis superbire (cfr. 1257 sq.), in me *τὸ λιπόντα ἀνίας διοίχεσθαι.* Ita redit Tecmessa ad prius oppositum et oratio tota cum natura auimum commotiorem exprimit. Hi decem igitur versus, qui examussim versibus strophae adiectis (915—924) respondent, a Sophocle profecti esse possunt.

Versum 969 ab eodem interpolatum esse, qui *988 sq.* adiecit (cfr. supra p. 114), ipsum verbum ἐπεγγελῶν prodit, et hi versus ab eodem compositi videntur, qui *v. 1059* scripsit θανόντες προὐκείμεθα (cfr. ib.).

Nauckius *v. 1013* suspectum habet et delet cum Morstadtio (cfr. Symb. ad cris. et exeg. Ai. p. 29 sqq.) *1028—1039*, quorum inprimis suspecti sunt 1030 sq. (cfr. Hermann.) et versus extremi, qui Euripide digniores sunt, quam Sophocle, quo digni sunt O. C. v. 1665 sq. Hi versus (σκέψασθε πρὸς θεῶν τὴν τύχην δυοῖν βροτοῖν etc.) eius ingenio apti sunt, qui egregia illa scripsit *1142—1158*. Idem Nauckius delet *1061, 1069 sq.; 1291—1298*, quorum iam M. Schmidtius *1293 sq.* in suspicionem vocaverat, quo quidem loco Nauckius neglexit hos versus flagitari appellatione δύστηνε, qua propterea utitur Teucer, quod eadem ignominia, quam Agamemno aliis inferre sibi videbatur, in ipsum convertitur, ut suo ipse telo vulneretur (cfr. O. C. 800, quem locum recte interpretatus est Bonitzius). Eidem suspectus est *v. 1327, 1403—1408*, Schneidewino, quem Dindorfius secutus est, *1105 sq.*, Morstadtio *1366—1368* (cfr. l. c. p. 28 sqq.), Dindorfio *1417*, A. Schoellio denique *1356 sq.*

Praeterea cum v. 981 sq. cfr. v. 904, cum 1029 sqq. v. 817, cum 1184 sqq. v. 600 sqq., cum 1299 sq. v. 434 sq.

Dubium est verbum ἠμπόληκας 978; inutile additum 997 κἀξιχνοσκοπούμενος, inutile etiam 1258 κἀξελευθερόστομεῖς post ὑβρίζεις; molesta est vox κάπετος (ταχύνας σπεῦσον κοίλην κάπετόν τιν' ἰδεῖν 1165, κοίλην κάπετον ταχύνατε 1403 sq.); molestum τοὶ δέ 1404 (cfr. Nauckii adnotationem), alia.

Putidum esse v. 1127 sensit scholiasta (τὸ δὲ τοιοῦτο κωμῳδίας μᾶλλον ἢ τραγῳδίας).

Ex Sophoclis consuetudine efficias Tecmessam secundum v. 973 scena decessisse, sed adest usque ad v. 985—89. Quod quidem putant verbo σίγησον adloqui coryphaeum socios, id probarem, si chorus aliquid antea pronuntiasset aut si σίγα, non σίγησον dictum esset.

„Quicunque haec scripsit, artem sermones serendi plane ignoravit, ita ut vix cum Rhesi scriptore componi possit, qui et ipse satis se egisse putavit, si heroas temere iactantes vel conviciantes induceret" (Bergk. praef. ed. p. XXXV).

Maiorem differentiam desidero inter morum Menelai descriptionem et illam ingenii Agamemnonis.

Sed iam taedet huius disputationis, quum in omnibus argumentationibus aliquid incerti remaneat. Nam in universo genere dicendi agendique agnoscis τὸν Σοφόκλειον χαρακτῆρα quod maxime senties, si comparabis cum illo Rhesum fabulam, quam ὑποφαίνειν τὸν Σοφόκλειον χαρακτῆρα animadverterunt veteres critici (cfr. Argum. Rhesi) et in qua complura ex Sophoclis Aiace deprompta sunt.

Utcunque res se habet, utique extremos 19 anapaestos non minus spurios habeo, quam spurii mihi videntur *extremi 20 anapaesti fabulae Philoctetae*. In hac fabula iam *v. 1442—1444* ab histrione additi videntur. V. 1442 sq. damnavit L. Dindorfius (thes. s. v. συνθνήσκω), 1444 G. Dindorfius, qui nunc omnes tres secludit. Hunc secutus est Schneidewinus, qui antea (Philol. IV p. 669 sqq.) putaverat duo extremos versus primo similitudinis comparandae causa adscriptos margini (ita fere ἀλλ' ἡ γὰρ εὐσέβεια συγγηρᾷ vel συνναίει κτέ cl. Eur. Tem. frgm. 3) postmodum in textum receptos esse, ubi ad πατήρ interpretationis gratia adnotatum esset Ζεύς.

Tyrwhittus συνθνήσκει secundum Aristoph. Ran. 866 interpretatus est „simul ad Orcum descendit", Dawesius correxit οὐ γὰρ ηὐσέβεια (Gataker. οὐ γὰρ εὐσέβεια), Hermannus lacunam statuit post 1443 (οὐδ' ἢν θάνῃ τις· εὐμένεια δ' ἐκ θεῶν).

Rectissime judicavit Dindorfius: molesti sunt versus; quid enim nunc adtinet sententia οὐ γὰρ ηὐσέβεια κτέ ad Neoptolemum vel Philoctetam. Illud enim εὐσεβεῖν 1441 non tam, ut ita dicam, positive quam negative intellegitur („nihil committere adversus deos"), haec εὐσέβεια ea sentitur pietas, quae in cultu deorum virtuteque (ἀνδρὸς δικαίου καρπός) posita est (ut in locis quos adtulit Schneidewinus). —

In v. 1452 autem sensui integro alienae manus speciem haud secus sese offerre puto atque in Trach. v. 1257. Atque ut post v. 21 ποτὸν κρηναῖον εἴπερ ἐστὶ σῶν, non molesta sunt chori, qui illa non audivit, verba 716 λεύσσων δ' ὅπου γνοίη, στατὸν εἰς ὕδωρ ἀεὶ προσενώμα, ita post haec miretur spectator si audiat Philoctetam compellantem κρήνας Λύκιόν τε ποτόν (1461). V. 1463

paroemiacum requiri Hermannus vidit. Verba ὁ πανδαμάτωρ δαίμων ὃς ταῦτ' ἐπέκρανεν nec de Iove neque hic de Hercule convenienter dicta sunt. Nec satis apte de insula dici εὐπλοίᾳ πέμπειν (1465) intellexit Meinekius Anal. p. 322 (ἀμέμπτως, quod recte M. Seyffertus interpretatur „ἄνευ μέμψεως i. e. nullo opprobrio facto" non ad desertionem insulae, quod Seyffertus putat, pertinet, sed ad id, quod insula quae tam saepe diras preces in Atridas et Achaeos audiverat, eadem nunc Philoctetam ad illos ipsos redeuntem videt; inconstantiam igitur deprecatur ille excusata necessitatis et amicorum voluntate). In v. 1469 sqq. reprehendit denique Ritterus l. p. 167 l. et vocem ἀολλεῖς et quod nymphas precetur chorus, ad quas Iovis, Neptuni, ventorum munus nihil adtineat. — Mirum est, quod etiam Eur. Bacch. extremos 22 anapaestos recte videtur ab Euripide abiudicare Nauckius. —

Probabiliora de *Trach. extremis 20 anapaestis* statui possunt. Exitum ipsum *1275 sqq.* Hartungius delevit; v. 1267 L. Dindorfius (thes. vol. V p. 654) damnavit, pro quo Nauckius verba ἀγνωμοσύνην εἰδότες ἔργων excidere maluit. Praeterea recte reprehenduntur verba αἰσχρὰ δ' ἐκείνοις (1272), ἐφορᾷ (1270), ἐφορῶσι πάθη (1269) (cfr. Nauck. Philol. XII p. 638—641). Cui denique versus 1264—1278 tribuendi sint, Hyllo an Herculi et choro, an Hyllo et choro, an Herculi, choro, Hyllo, suo iure dubitant interpretes, quae dubitatio non in Sophoclis artem cadere videtur. Quamobrem quae Bergkius dicit (praef. ed. p. XXXVI), fabulam mirum in modum degenerasse inprimisque extremam partem plurimum degenerasse a virtute, quae Sophoclis tragoediis sit propria (cfr. ib. p. LX ad v. 1264), haec si de his extremis versibus dicuntur — nam antea nihil a Sophocle alienum est — vel maxime comprobanda videntur et comprobata sunt a Dindorfio, qui censet versu 1263 finitam fuisse hanc tragoediam a Sophocle, ut videatur, addito brevi systemate anapaestico coryphaei, cui vetus interpolator verbosam substituerit Hylli orationem 1264—1278. Equidem puto iam verba ἀλλ' οὐδὲν εἴργει interpolatoris videri pannum adsuentis et verbo τελειοῦσθαι Wunderus (Em. in Trach. p. 160 sqq.) ita offensus est, ut id ex interpratione ortum putaret et περαίνεσθαι substitueret. Contendit enim verbo τελειοῦν, quo prorsus abstinuerint Aeschylus et Euripides, Sophoclem

hoc uno loco in trimetro iambico usum esse et duobus locis, quibus usurpatum sit (El. 1510, O. C. 1089), habere id rectam significationem consummandi, hic non item. Etiam duo versus, qui praecedunt, suspicionem movent. Sed dubitationes causasque adferre licet, certius statuere nihil licet. Qui vero dubitat talia histrionibus imputare fabulam in usum scenae instruentibus, is legat prologum Rhesi, quem histriones confinxisse dicuntur (in Argum.) et cognoscet illos „pennis undique conlectis“ (cfr. verba Ἀθάνα φιλτάτης ἐμοὶ θεῶν cum Ai. 14) talia quidem, qualia in Trachiniis habemus, conscribere potuisse. —

Iam ut summam huius commentationis comprehendamus, complures versus repperimus ab actoribus scenicis, paucos a grammaticis vel literatis hominibus posterioris aetatis interpolatos. His eiectis formam fabularum, quae in exemplum Lycurgi recepta fuit, partim restituimus partim correximus. Nam ut post illam Lycurgi operam non modo a grammaticis posterioribus, sed etiam ab histrionibus partem eorum versuum quos suppositicios cognovimus additam esse probabile est, ita nonnullos versus et aliquot fabularum partes, quas a Sophoclis ingenio alienas iudicemus oportet, ex superiore tempore reliquas et in ipsum Lycurgi exemplum receptas habemus. Ceterum vix licet omnes fabularum immutationes, quae quum in usum scenae factae essent, propagatae in illudque exemplar inlatae sunt, accurate cognoscere definiteque circumscribere. Illud denique statui potest, in hac re memoriam Sophoclis fabularum universam praestare memoriae fabularum Euripidis, Aeschyli, Aristophanis. —

ANALECTA EURIPIDEA.

Digitized by Google

Alcestis.

V. 31 ἀφοριζόμενος corruptum puto ex νοσφιζόμενος. Cfr. Nauck. Cur. Eur. II 50. —

V. 103 pro οὐδὲ νεολαία scribendum videtur οὐδ' ἐλεεινά. —

V. 122 non corrigendum μούνως cum Wakefieldo, sed interciso sublato scribendum μοῦνος δ' ἂν εἰ φῶς τόδ' ἦν attractione quadam. —

V. 321 pro μηνὸς coniecerunt κηρὸς, μῆκος (κακοῦ), quorum neutrum probari potest. Mihi videtur poeta dedisse οὐδ' εἰς τρίτην μοι δή ποτ' ἔρχεται κακόν. —

V. 524 γε molestum est. Scripserim οἶδ' ἀντὶ σοῦ νιν vel οἶδ' ἀντὶ σοῦ σφε. —

V. 827 tria sunt quae luctum indicant: lacrimae, detonsio, vestis (cfr. 819); corrigendum igitur πρόσωπον in τὸν στολμόν (vel τὸ πέπλον). —

V. 847 ἐμαῖν inutile et molestum; cuius verbi locum occuparit, ex participio περιβαλών quod est in libris cognoscitur: περιβαλὼν χεροῖν τύχω. —

V. 992 pro θανοῦσα ἔσται vel ἐστιν, ut est in libris, Nauckius coniecit θανοῦσα κεῖται, in quod ipse incidi. Nunc ille scribit θανοῦσ' ἐς ἀεί: mihi quod concinne opponatur verbis ὅτ' ἦν μεθ' ἡμῶν subesse videtur: φίλα μὲν ὅτ' ἦν μεθ' ἡμῶν, φίλα δὲ θανοῦσ' ἄπεστιν cfr. Heracl. 9. —

Andromacha.

V. 144 λανθάνω pro τυγχάνω corrigendum. —

V. 169 οὐδὲ χρυσός corruptum ex οὐ Φρυγῶν τις. Invidioso nomine (cfr. 194, 291, 363, 455, 592) Hermione utitur. —

V. 224 ἤδη non habet locum; scribendum ἕλκειν: καὶ μαστὸν ἕλκειν πολλάκις νόθοισι σοῖς ἐπέσχον. Cfr. Phoen. 987, supra p. 55. —

V. 548 post πῶς addunt τ' *ABCE*; conicio τί ταῦτα καίν' ἔστ'. Cfr. Soph. O. C. 722 τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ, καινόν. —

V. 577 quid est κλαίειν? Scribendum πρὶν λακεῖν τινα. Nihil audire vult Peleus dum Andromacha sit soluta. Cfr. κλύειν et λέγειν saepe permutata. —

Bacchae.

Post *v. 20* deest aliquid: dici debet, quo consilio Bacchus Thebas adierit aeque (κἀκεῖ) atque alias terras. —

V. 172 vide ne pro ἐν δόμοισιν ὢν scribi oporteat ἐν δόμοις ὅμως i. e. καίπερ ἔνδον ὤν. Cfr. 392. —

V. 244 sq. molesti, conficti ex v. 30 sq. —

V. 247 neque ubi in libris neque ubi a Kirchhoffio conlocatus est (ὕβρεις ὑβρίζονθ' κτέ post 241) idoneum tenet locum, ut ex textu amovendus videatur. —

V. 251 post ἀναίνομαι (βακχεύοντα· νῦν δ' ἀναίνομαι? cfr. Kirchhoffii adnot. criticam) sensus defectum versus indicat. —

Ante *v. 263* versus ad quem pertineat genetivus τῆς εὐσεβείας intercidisse videtur. —

V. 295 pariter atque alibi non τραφῆναι, sed ῥαφῆναι ἐν μηρῷ Διός poetam dixisse credo. —

V. 302—5 complura deesse videntur. —

V. 431 sensus ratioque postulat hanc correctionem τόδ' ἐγὼ λέγοιμ' ἄν. —

V. 451 pro μαίνεσθε χειρῶν τοῦδ' conicio μέθεσθε χειρῶν τοῦδ'. —

V. 468 scribendum videtur οὐκ ἀλλὰ Σεμέλην ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις, ut ἐκεῖ et ἐνθάδε opposita appareant. —

V. 610 τυχὼν recte suspectat Nauckius. Conicio βρόχων. —

V. 606 Musgravius correxit διαιινάξαντος τὰ Πενθέως δώματ᾽· ἀλλ᾽ ἀνίστατε —. Nescio an praestet διατινάξαντος τὰ Πενθέως· ἀλλ᾽ ἄρ᾽ ἐξανίστατε —. Versus 606 sq., quos delet Nauckius, necessario requiruntur post v. 600 sq. —

V. 738 ΔΙΚΑ ex ΑΚΡΑΙΝ corruptum videtur, quum literae extremae periissent. —

V. 790 pro οὐκ ἀνέξεται scripserim οὔ σ᾽ ἀνέξεται. —

V. 808 τοῦτό γ᾽ ἔστι neque τοῦτό γ᾽ ἴσθι cum Musgravio neque τοῦτό γ᾽ ἔς τι cum Kirchhoffio corrigendum puto, sed τοῦθ᾽ ὅ γ᾽ ἐστὶ —. —

V. 820 pro τοῦ χρόνου δ᾽ οὔ σοι φθονῶ (δ᾽ οὔ σοι pro δέ σ᾽ οὐ Dobraeus correxit) coniicio τοῦ πόνου δ᾽ οὔ σοι φθονῶ. —

V. 824 εὖ γ᾽ εἶπας αὐτὸ καὶ τις εἶ πάλαι σοφός mutandum videtur in εὖ γ᾽ εἶπας αὖ τόδ᾽ (cfr. v. 818), ὥς τις εἶ πάλαι σοφός. —

V. 844 locum habet (cfr. πάντῃ cum Soph. Ai. 1369) post v. 846, praesenti loco lacunam explet. —

V. 1060 Μαινάδων ὅσοι νόθων cod., *M.* ὅσσοις μόθον Heathius, *M.* ὅσον ποθῶ Elmsleius coniecit. Mihi videtur scribendum esse Μαινάδων νόσον μαθεῖν (cfr. 1062). —

V. 1331. 1332 inverso ordine scribendos arbitror (similiter conversus est ordo versuum 847. 848). —

Hecuba.

V. 80 libri ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρά τ᾽ ἐμῶν. Meinekius coniecit ἄγκυρ᾽ ἁμῶν (Nauck. ἀμῶν), Kirchhoffius ἄγκυρα πέλων, mihi οἰκῶν pro οἴκων acceptum causa corruptelae fuisse videtur: ὃς μόνος οἰκῶν ἄγκυρα δόμων. —

V. 178 malim καρύξουσ᾽ quam καρύξασ᾽ cfr. ἄιε ματέρος αὐδὰν κτὲ 173 sqq. —

V. 332 quum πεφυκέναι maiorem habeat fidem quam πέφυκ᾽ ἀεί, ipsum πεφυκέναι autem in captivas non conveniat, suspicor poetam scripsisse τὸ δοῦλον ὡς κακὸν π ε φ η ν έ ν α ι τ ο λ μ ᾶ ν θ᾽ ἃ μὴ χρή —. Cfr. Soph. Ai. 1020 δοῦλος λόγοισιν ἀντ᾽ ἐλευθέρου φανείς. —

V. 369 pro μ' ἄγων conicio λαβών. —

V. 398 ὅπως mutatum velim in ἀπρίξ. —

V. 427 χαίρουσιν minus accommodatum quam χαίροιεν. —

V. 490 ψευδῆ ex interpretatione ortum videtur; requiritur subiectum βροτούς. —

V. 504 μέτα recte a Nauckio (Cur. Eur. I 12) absurdum dicitur. Conicio Ἀγαμέμνονος πέμψαντος ὦ[δέ σοι] γύναι. —

V. 618 τῶν αὐτῆς δόμων non est κλέμμα, sed λῆμμα. —

V. 666 δὲ post εἰς abest in optimo libro A. Verba transpositione sananda puto: ἐς καιρὸν ἥδε σοῖσι φαίνεται λόγοις, ut ante corrigendum sit: καὶ μὴν περῶσα τυγχάνει γὰρ ἐκ δόμων. Cfr. 724, Hel. 1385, Soph. Ant. 1181. —

V. 759 aperte cum v. 755 conhaeret. Si igitur versus 756—8 genuini sunt, non lacuna post v. 758 statuenda, sed v. 759 eiciendus est ut additus, cum versus 756—8 loco suo moti essent. —

V. 1126 διασπάσωμαι mutari debet in διασπάσω νιν. —

V. 1215 libri habent καπνῷ δ' ἐρήμην' ἄστυ πολεμίων ὕπο, Nauckius coniecit καπνῶδες ἡμῖν δ' ἄστυ, M. Seyffertus Mus. Rhen. N. XVI p. 51 καπνῷ δὲ σῆμ' ἦν, H. Hirzelius de Eur. in comp. div. arte p. 30 καπνῷ δ' ἔρημον. Aesch. Agam. v. 818 καπνῷ δ' ἁλοῦσα νῦν ἔτ' εὔσημος πόλις docet illic scribi oportere καπνὸς δ' ἐρήμην' ἄστυ. —

V. 1220 cod. A τότε καὶ χρόνον; scribi debet non cum ceteris libris τε καὶ χρόνον, sed τότε, χρόνον. —

Helena.

V. 78 ὅστις ὤν, quod falsum est, non licet corrigere cum Cobeto in ὅστις εἶ; ὅστισων corruptum ex εἰσιδών: τί δ', ὦ ταλαίπωρ', εἰσιδών μ' ἀπεστράφης. Pro καὶ ταῖς ἐκείνης v. sq. malim καὶ ταῖσιν ἄλλης. —

V. 238 pro ἃ δὲ conicio (ἄγε i. e.) ἦγε. —

V. 289 pro nominativo δοκοῦντες dativus δοκοῦσιν videtur grammatica ratione requiri. —

V. 297 σῶμ' absurdum varie (σῶν, δῶμ') mutaverunt; ut ad-

tineat ad verba πρὸς πλουσίαν τράπεζαν ἵζουσ', σῶμ' corrigendum in βρῶμ'. —

V. 302 in καιρὸς ἄρτ' σ duplicandum est: καιρὸς σάρκ' (cfr. 356). —

V. 310 τῶνδ' post v. 309 nullo modo aptum; cod. καὶ τἄμπαλίν γε τῶν δ' ἀληθείας σαφῆ; ἀληθεία σαφὴς emendavit Heathius; unice convenit καὶ τἄμπαλίν γ' ἔσθ' ὧν ἀληθεία σαφής. —

V. 434 ἔχοιεν mutandum puto in ἔχοι τις; ἔχοι τις propter θέλοιεν corruptum esse videtur. —

V. 441 sq. Kirchhoffius emendavit καὖθις λέγειν ἔξεστι. Continuare debet Menelaus: πείσομαι γὰρ οὐ γραὸς λόγῳ (cod. πείσομαι γάρ· ἀλλ' ἄνες λόγον). —

V. 510 cod. κακῶν δέ θ' ἡμῖν, quod corrigendum videtur in κακῶν δέ τοι μὲν — ἀλλ' —. —

V. 578 scripserim σκέψαι· τί προσδεῖ; τίς δὲ σοῦ σαφέστερος. —

V. 580 σ' ἄλλος mutaverim in μᾶλλον. —

V. 808 ἄνανδρ' ἄρ' cod., ἄνανδρά γ' Nauckius scripsit; mihi ἄνανδρά μ' (εἶπας) scribendum videtur. —

V. 1051 codicis vitiosam scripturam εἰ δὲ κερδανῶ λέγειν inde repeto, quod cum κέρδος ἐν depravatum esset in κερδανῶ, λόγῳ correctum est in λέγειν: εἰ δὲ κέρδος ἐν λόγῳ. Barnesius λέγων coniecit, quod falsum videtur, Heimsoethius κλύων. —

V. 1152 sqq. conicio λόγχαις οὐκ ἐπιμαιόμενοι ποίνας θνατῶν ἀπαθῶς. —

V. 1182 pro λάθῃ sensus requirere videtur φθάνῃ. —

V. 1321 pro ματεύουσα πόνους conicio ματεύουσ' ἀνόμους. —

V. 1374 scripserim κάλλιστα δὴ τήνδ' ἥρπασεν τύχην πόσις. —

V. 1479 post (γενοίμε)θα intercidisse videtur θαι i. e. γενοίμεθ' ἅθ' αἵ —. —

V. 1512 Dindorfius lacunae explendae causa additum putat, quasi non quivis grammaticus meliorem versum confingere potuerit: Nauckius delet verba τὰ κάκιστ' — ὡς καίν', scilicet ut nihil fere dicat nuntius. Oppositum καινά docet τὰ κάκιστ' corruptum esse ex παλαί' ἴσθ': ἄναξ, παλαί' ἴσθ' ἂν δόμοις ηὑρήκαμεν. —

V. 1627 σὸν (πόδ' αἴρεις) inutile et molestum. Etiam Nauckius (Cur. Eur. I p. 47) illud expungendum esse vidit. Scribendum ποῖ ποῖ πόδ' αἴρεις — Cfr. Arist. Eccl. 1066. 1135. Plut. 417. Av. 1199. —

V. 1671 οὐρανὸν falsa ratione ex Εὐρώταν depravatum videtur. Scripserim τῶν παρ' Εὐρώτᾳ δόμων. —

Electra.

V. 27 Seidleri coniectura κτανεῖν σφε βουλεύσαντος ὠμόφρων ὅμως, quam probavit Kirchhoffius, recepit Nauckius, concinnitatem tollit sententiarum. Codicis scripturam κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσαντ'· ὠμόφρων δ' ὅμως sic corrigo: κτανεῖν σφ' ἐβούλευσ'· οὖσα δ' ὠμόφρων ὅμως. —

V. 84 ἐθαύμαζες ineptum; sensu requiritur ἐθάρσυνες; cfr. Phoen. 1249. —

V. 146 διέπομαι corruptum puto ex λείβομαι. —

V. 163 scripserim δέξατ', οὐ στεφάνοις ἔπι. —

V. 165 Αἰγίσθου ex interpretatione videtur ortum esse: λυγρὰν σου λώβαν θεμένα .. δόλιον ἔσχεν ἀκοίταν? —

V. 192 χάρισαι depravatum puto ex φάρεσι. —

V. 199 sq. οὐ παλαιῶν corruptum ex οὐ μέλει τῶν cfr. Aesch. Ag. 369 sq. οὐκ ἔφα τις θεοὺς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν, ὅσοις ἀθίκτων χάρις πατοῖθ' et Eur. Herc. fur. 772 sq. —

V. 338 τεκὼν mutandum in τάφος; cfr. 301, 303 cum 323 sqq. —

V. 372 pro λιμὸν quod aliquid inepti habet, conicio πίνον. —

V. 383 cod. οὐ μὴ φρονήσεθ'; Kirchhoffius corrigit οὐ σωφρονήσεθ'; an scribendum οὐ μὴ ἀφρονήσεθ'? —

V. 413 κέλευε δ' αὐτὸν τόνδ' εἰς δόμους ἀφιγμένον videtur fuisse κέλευε δ' αὐτὸν ὧδε τῶνδ' ἀφιγμένων. —

V. 430 εἰς μικρὸν ἥκει mutandum puto in καὶ σμικρὸν ἀρκεῖ. —

V. 438 pro πορεύων τὸν τᾶς Θέτιδος requiritur πορεύουσαι, quod propter εἰλισσόμενος corruptum est in πορεύων, τὸν Θέτιδος (τᾶς Hermannus delevit). —

V. 445 sq. ἀνά τε πρύμνας Ὄσσας fuisse videtur ἀνά τ' ἐρίπνας Ὄσσας. —

Google

V. 489 *sq.* conicio ὡς πρόσβασιν τήνδ' (pro τῶνδ') ὀρθίαν τὸ δῶμ' (pro οἴκων, possis etiam οἴκημ' scribere) ἔχει ῥυσῷ γέροντί τ' ὧδε (i. e. onustum, pro τῷδε) προσβῆναι ποδί. —

V. 496 quid στεφάνους? Aliquid σταφύλας. —

V. 538 de archetypi scriptura recte statuit Kirchhoffius. Mihi εἰ δ' ἐστὶν εἰ καὶ corruptum videtur ex εἰ σὸς δ' ἐοίκοι: εἰ σὸς δ' ἐοίκοι γῆν κασίγνητος μολεῖν (pro μολών), κερκίδος ἔτ' οὐ (ἔτ' οὐ pro ὅτῳ coniecit Kirchhoffius) γνοίης ἂν κτέ. —

V. 582 ἦν δ' ἀσπάσωμαί γ' ὂν μετέρχομαι βόλον ortum puto ex ἢν ἁρπάσωμέν γ' ὂν μετ. β. —

V. 602 ὥσπερ αἱ τύχαι nihil aliud esse videtur quam ὡς ἐπεικάσαι. —

V. 641 pro ἐν πόσει requiritur ἐν τάχει. —

V. 885 debilitat vim oppositi ἀλλὰ πολέμιον κτανών; versus confictus ex v. 970.

V. 953 Stobaei lectio ὥστε τῆς ἐπιρουρίας — cod. ὥστε τις κακοῦργος ὤν — ex ὥστε τις πανοῦρος i. e. πανοῦργος ὤν abiisse videtur. —

V. 990 τοῖν ἀγαθοῖν mutari debet in τοῖν ἀγανοῖν. —

V. 1013 pro λέξω scribendum videtur δείξω. —

V. 1015 pro ἡμῖν puto requiri ὑμῖν. —

V. 1035 κατείχομεν corruptum ex κατεῖχε νώ. —

V. 1057 ἀπαρνοῦμαι τέκνον mutatum velim in ἀπαρνοῦμαι τὸ μὴ οὐ. Idem Nauckium velle video (Cur. Eur. II 190). —

V. 1162 ἔσχεν κακόν depravatum ex ἔσχ' εὐνέτιν. —

V. 1201 pro πρὸς αὔραν malim πρὸς οὖρον. —

V. 1329 κἀμοί mutandum in καὶ νῷν. —

Heraclidae.

V. 38 τῶνδ', quod correctum in τόνδ', documento est scriptum fuisse τῶνδ' ἀφικόμην μέτα. —

V. 140 ἔχων corruptum est ex ἑλών cfr. v. 267. —

V. 161 ἀγῶνα propter τόνδε ex ἀγῶνος (ἄτερ χαλυβδικοῦ) depravatum existimo. —

V. 163 θῆς nihil aliud esse videtur quam γῆς. —

V. 223 κακόν ex inferiore v. irrepsit, quum versus aliquid amisisset: sensus enim flagitat: σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν χωρὶς ἡδὲ τῇ πόλει κτέ. —

V. 268 pro οὐκ ἄρ' malim οὐ τἄρ'. —

V. 475 praestat ἐξαιτούμεθα. —

V. 541 οὐδ' αἰσχύνομαι, quod seusu caret, mihi corruptum videtur ex οὐδ' ἐπάχθομαι. —

V. 681 ὡς ἔοιγμεν parum accommodatum; coucicio ὅσον ἐφ' ἡμῖν: φίλοις παρόντες ὅσον ἐφ' ἡμιν ὠφελεῖν cfr. 678 τοὐμὸν μέρος. —

V. 684 pro οὐκ ἔστ' ἐν ὄψει, quod absurdum est, scribeudum οὐχ ὡς συνάψαι, (τραῦμα μὴ δρώσῃς χερός). —

V. 688 in οὐκ ἔστιν, ὦ τᾶν, desideras ἔτι: οὐκ ἔστ' ἔτ', ὦ τᾶν κτέ. —

V. 696 οὖσι suspectum neque οἶσι probabile: conicio οὖν τι. —

V. 710 propter clausulam inferioris versus μέλειν iuteriisse videtur μολών. —

V. 785 ἄργος mutandum videtur in αἶσχος (cfr. supra ad v. 541). —

V. 788 verbi δηλάσειν pars posterior ex literis extremis vocabuli ἀγγέλμασιν v. sq. repetenda; literis δηλ redde terminationem εξεται i. e. δὴ λέξεται (ἐλευθερῶσαι —, cfr. Kirchhoffii adnot.). —

V. 805 vocabulo ἐπεί aperte defectus verborum ostenditur: ἥκεις, ἐπεὶ [δῆτ' ἦλθες ὧδε πρὸς μόνους ἡμᾶς, τί] τήνδε γαῖαν οὐκ εἰάσαμεν; —

V. 884 non liceat de Reiskii coniectura scribere κρατοῦσα; πτήσσοντα, quod Cobetus coniecit in quodque ipse incidi, sensui accommodatum, memoriae librorum non item. Probabilius nunc mihi videtur ἄκοντα. —

Post *v. 891* uonuulli versus Alcmeuae deperditi esse videntur. —

V. 911 falsa videtur correctio τεός, θεός autem scribendi more abiisse ex ὁ σός: ὁ σὸς γόνος, ὦ γεραιά. —

V. 933 πολύ ex (ἀσ)πίδι superioris versus ortum puto: conicio τάχ' ὡς. —

V. 994 absurdum *νυκτὶ συνθακῶν ἀεί.* Requiritur *νύκια καὶ μεθ'* (vel *καθ'*) *ἡμέραν.* Corruptela ex duplicato *NVKTAK* repetenda. —

V. 999 scribendum *ἀκούσεται τἄρ' ἐσθλά.* —

Hercules furens.

V. 66 ἔρωτι ex (α)$\overline{\text{ριων}}$ factum videtur: *πηδῶσιν ἀνδρῶν κτἑ.* —

V. 111 μόνον corruptum videtur ex *τρέμων.* —

V. 121 sq. ἀνέντες manifesto *ἄναντες.* Utrum *ζυγηφόρος πῶλος — φέρων* corrigendum sit an in *πῶλον* aliud quid lateat, nescio. —

V. 149 literae *τεκοινεον* duplicandae sunt: *τέκοι κοινὸν τέκνον* vel *τέκνον κοινὸν τέκοι;* cfr. 170 sq., 339 sq. —

V. 164 ταχεῖαν ex *τραχεῖαν*, quod unice accommodatum, corruptum esse videtur, quum *δορός* ex clausula versus in initium translatum esset: *τραχεῖαν ἄλοχα τάξιν ἐμβεβὼς δορός.* —

V. 168 sq. ad *δεδραμένων* requiritur *ἐμοί;* hoc *ἐμοί* latet in superiore *ἐμούς*, quod ipsum locum alius vocabuli occupavisse videtur, *δίκην* autem ex v. 734 et 756 huc relatum est: *τιμωρούς ποτε* (cfr. *τραφέντων*) — *δεδραμένων ἐμοί.* —

V. 177 pro *ἠρόμην* exspecto *εἰ θέμις*, ut ex v. 183 intellegatur *ἐροῦ.* —

Ante *v. 185* (*Δίφρυν τ' ἐρωτῶν*) pauci versus intercidisse videntur, ut post *'Αβαντίδα* enuntiatum finiatur (*'Αβαντίδα· οὐκ ἂν κτἑ*). —

V. 246 τάδε recte suspectavit Nauckius. Videtur ortum ex *ὅδε: ἐγὼ τὰ νῦν ὅδε.* —

V. 282 pro *τρόπῳ* malim *πότμῳ: τῷ δ' ἀναγκαίῳ πότμῳ.* —

Post *v. 309* (*ἐκμοχθεῖ τύχας,*) versus desideratur. —

V. 340 codicis scripturam *τὸν* superscriptis literis *οι νεὼν* ortam duco ex *κοινὸν ὄνομ': μάτην δὲ παιδὸς κοινὸν ὄνομ' ἐκλῄζομεν.* —

V. 440 aptius quam *ἀλκᾷ* videtur *ἀλκά.* —

V. 446 ποσίν ineptum, corruptum ex *μόλις.* —

V. 507. 509 mirum, sed manifestum est verba διέπτατο et μ' ἀφείλεθ' locum commutasse: σπουδάσας ἀφείλετο — καὶ διέπταθ' ἡ τύχη. —

V. 649 φόνιον ex φοβερόν (timidus) corruptum puto. —

V. 938 μοι falsa ratione correctum ex ἐκ: ἑξὸν μιᾶς ἐκ χειρὸς —. Video etiam Nauckium dubitavisse et suspicatum esse διὰ χερός. —

V. 1003 κέαρ nihil aliud esse potest quam κάρα. Vide ne versus interciderit inter ἔγχος et ἐπὶ λ. κ. —

V. 1017 ἄριστος Reiskius mutavit in ἄπιστος; fortasse ἄλαστος fuit. —

V. 1056 pro ἀπό scribendum existimo ἐπί. —

V. 1065 νεανίαν θώρακα parum accommodatum; desideratur alia pars corporis: τὰ γόνατα καὶ θώρακα καὶ βραχίονα. —

V. 1181 propter ea quae sequuntur pro τίνες scripserim τίνος. —

V. 1288 κληδουχούμενοι nescio an mutandum sit in κηλιδούμενοι cfr. v. 1318. —

V. 1312 scripserim εὖ τόδ' ἀΐειν παραινέσαιμ' ἂν μᾶλλον ἢ πάσχειν κακῶς i. e. malim te magno animo hoc persentire quam desperatione omnium rerum iacere. —

Supplices.

V. 17 propter additum χθονί praeferendum duco κρύψαι pro θάψαι (cfr. 543). —

V. 38 χθονός minus aptum videtur pro φρενός. —

V. 62 terminatio vocabuli θαλερά documento est σώματα corruptum esse ex πτώματα, quo nomine quo modo Euripides utatur constat: νεκύων θαλερὰ πτώματ' ἐλεινῶν (cod. B σώματα λάϊον) ἀτάφων (libri habent τάφον, ἄταφον Elmsleius) cfr. Soph. O. R. 179 sq. —

V. 84 ἐπίπονον corruptum ex ἐπίφορον (εἰς γόους). —

V. 208 post αἶθον interponendum est τ', ut dicatur et de frigoris (χείματος) et de caloris (cum αἶθον θεοῦ cfr. Soph. Trach. 145) propulsatione. Alioqui lacuna statuenda sit. —

V. 306 ante σοί τε suspicor propter literarum similitudinem oculos librarii aberravisse a προσάπτει, τοῦτο τὴν autem versus explendi causa factum esse ex τόδε, φέρει deniqne ex v. sq. exceptum alius vocabuli (ἀεί?) locum obtinuisse: νυνὶ προσάπτει σοί τε τόδε τιμὴν ἀεί. —

V. 380 νέμεις ἀεὶ τὸν aliter dividendum: νέμουσα ἧττον i. e. νέμουσ' ἧσσον. Sententia est: τὰ ἥσσονα νέμεις ἥσσονα καὶ οὐ τὸν ἥσσονα λόγον κρείσσω ποιεῖς. —

V. 578 ἐν πόλει corruptum ex ἔμπαλιν. —

V. 876 pro οἶκον conicio οὐδέν. —

V. 945 in χαμάτω πέλει νεκρῷ literarum ordo conversus videtur: καὶ ταλαίπωροι νεκρῶν. —

V. 1184 τάδε consueto more additum, qunm antea aliquid intercidisset, αὐτόν post (δρῶ)ντα: δρῶντα δ' αὐτὸν ὠφελεῖν i. e. δρῶντα σεαυτὸν ὠφελεῖν. —

Hippolytus.

V. 67 transpositione verbornm apti restitui videntur numeri: κατ' οὐρανὸν ἃ μέγαν. Similiter Monkius v. 557 sanavit. —

V. 196 spnrium existimo. —

V. 224 pro καί scribendum παῖ: τί κυνηγεσίων, παῖ, σοὶ μελέτη. —

V. 343 scholiastae memoria γράφεται καὶ νεωστί nescio an ex lectione κοὐ sit repetenda: ἐκεῖθεν ἡμεῖς κοὐ νεωστὶ δυστυχεῖς. —

V. 363 sq. conicio πρὶν σὰν φιλεῖν κατάλυσιν φρενῶν. —

V. 441 οὔτ' ἄρα γ' οὐ δεῖ sic scripserim: οὐ τἄρ' ἂν οὐδείς. Verba ὅσοι τε μέλλουσ' antem mutaverim in νόσον ἐμάλασσεν. —

V. 468 δόμοι fuisse videtur δοκοί: οὐδὲ στέγην γὰρ αἱ κατηρεφεῖς δοκοὶ καλῶς ἀκριβώσειαν. —

V. 525 pro ὃ κατ' ὀμμάτων στάζεις πόθον sensus requirit ὃς ἀπ' ὀμμάτων στ. π. cfr. Nauck. Cnr. Eurip. II 22 sq. —

V. 649 pro ἔνδον δρῶσιν conicio ἐννοοῦσιν. —

V. 658 qunm οὐκ ἂν scriptum esset pro οἱ τἂν, videtur ποτ' interpositum esse: οὐ τἂν ἐπέσχον μὴ οὐ τάδ' ἐξειπεῖν [πόλει] cfr. 691. —

Google

V. 703 τρώσασαν ἡμᾶς εἶτα συγχωρεῖν λόγους („λόγους ante rasuram ACc") sic corrigendum puto: τρώσασαν ἡμᾶς εἶτά σ' ἐγχειρεῖν λόγους. —

V. 746 scholiasta, qui adnotat: ὅπου ὁ Ποσειδῶν οὐκέτι δίδωσι τοῖς ναύταις διέξοδον προσεγγίζειν εἰς τὸν ὠκεανόν, pro ναίων, quod alius sententiae gratia depravatum est, legisse videtur πλάθειν. De accusativo cfr. Androm. 1167 δῶμα πελάζει. —

V. 749 παρὰ κοίταις productum ex παρ' ἀκταῖς (= τάλαιναι v. stroph.). —

Ante *v. 790* paucos chori versus, quibus Thesei adventus denuntiabatur, intercidisse probabile est. —

V. 810 cfr. Kirchhoffii adnotationem. Mihi videtur γυναικὸς ἥ με factum esse ex γυναῖκ' ὅπη με (γυναῖχ' ὅπη με). —

V. 856 pro χεροὺς poetam scripsisse suspicor δέρης. —

V. 983 pro ξύστασις post μένος sensus requirit ξύντασις: μένος μὲν ξύντασις τε σῶν φρενῶν. Paulo post (in v. 985) τόδε alienum esse videtur complementum. —

V. 1337 ΛΟΓΩΝ corruptum ex ΔΕΛΤΩΝ. —

V. 1415 εἴθ' ἦν ἀραῖον δαίμοσιν βροτῶν γένος sententiam exhibet absurdam. Kirchhoffius suspicatur οὐκ ἦν ἄρ' οἷον —, quod haud satis intellego. Ne mutare velis εἴθ' ἦν, cfr. Iph. Aul. 660. Pro ἀραῖον requiritur ἄπιστον. Illud ἀραῖον ex adnotatione ἀρά supra scripta originem ducere videtur. —

Iphigenia Aulidensis.

V. 24 pro ὀρθωθέντ' sensus requirit ὀρθώσαντ'. Cfr. v. 33. —

V. 175 post Μενέλαον intercidit θ'. —

V. 356 conicio τίνα πόρον πόρω πόθεν. —

V. 392 verba οἶμαι μέν, θεός corrupta. Fuit θεός sine dubio πόθος, ut scribendum sit οἶμαι χὠ πόθος (vel καὶ πόθος). —

V. 452 αἰδοῦμαι non plane repetitum ex superiore versu, sed memoria superioris αἰδοῦμαι ex ἀδύνατος corruptum puto. —

V. 547 μαινόμεν' correxit Nanckius in μαινολῶν· Praeferendum duco μανιάδων: μανιάδων οἴστρων (cfr. μανιάσιν νόσοις, μανιὰς λύσσα, μανιάσιν λυσσήμασιν, quae sunt apud Sophoclem Ai. 59 et Euripidem Or. 326, 270), ὅθι δή = μέγα φέρουσ' εἰς τὰν ἀρετάν (v. 562). —

V. 652 facillima videtur haec medela: οὐκ οἶδ' ὃ φής, οὐκ οἶδα, φίλτατ' ὦ πάτερ. —

V. 665 post [ταὐτ]όν fortasse intercidit οὖν. —

V. 865 εἰς μέλλοντ' ἂν ὤσῃ χρόνον Marklandus in εἰς μ. ἀνοίσει χ., Boeckhius in εἰς μ. ὀνήσει χ. mutavit. Neutrum efficit sententiam probabilem. Mihi corrigendum videtur: ὁ λόγος εἰς μέλλοντα κείσθω χρόνον κτέ. —

V. 889 egregiam Kirchhoffii coniecturam οὐ γὰρ ἀλλ' εἰκὸς τὸ τέκνων ita immutandam duco, ut εἴπερ retineatur: εἴπερ ἄλλ', εἰκὸς τὸ τέκνων „si quid alind, illud mirum non est". —

V. 904 falsus praepositionis usus (ἐπὶ τίνος) argumento est interpolatum esse ἐπί, ad τίνος antem referri debere πέρι quod est in fine versus. Itaque scribendum: καὶ τίνος σπουδαστέον κτέ. —

V. 952 ὅρισμα depravatum ex ἔρεισμα. Eodem modo Hec. 16 Musgravius ὁρίσματα emendavit in ἐρείσματα. —

V. 1013 λόγους hic sensu caret. Requiritur φόβους. Cfr. Soph. Ai. 531 φόβοισι. —

V. 1026 variationis causa scribendum videtur ποῖ χρή pro ποῦ χρή. —

V. 1170 ὠνούμεθα in ὠνούμενον mutaverim. —

V. 1207 conicio εἰ δ' εὖ λέλεκται, καὶ νοοῦ σὺ μὴ κτανεῖν, in quibus cum καί post ται intercidisset et νοοῦ in νῷ contractum esset, consueto more δή γε interpolatum est versus complendi gratia. —

V. 1326 post λαίφεσι sensus requirit τοῖς μὲν παρέχων. —

V. 1348 in οὐδεὶς ἐναντία literae δεις sive δες duplicandae sunt: οὐδεὶς δ' ἔστιν ἀντία, quae literae cum semel scriptae essent, καὶ (κ) additum: ὡς χρεὼν σφάξαι νιν· — οὐδεὶς δ' ἔστιν ἀντί' ὃς λέγει; —

V. 1351 poeta procul dubio scripsit τίς δ' ἂν ἔτλη σώματος σοῦ καὶ θιγεῖν. —

V. *1391* mihi ἄρ' factum videtur ex μερ: τί τὸ δίκαιον τοῦτο, μῆτερ, ἔχομεν ἀντειπεῖν ἔπος; —

V. *1465* Iphigenia non ὡς ὁρᾷς γ', οὐκ ἀξίως, sed contrarium dicere debet: ὡς ὁρᾷς, καταξίως cfr. v. 1376. —

Iphigenia Taurica.

V. *62* παροῦσα παντί mutaverim in φέρουσ' ἀπόντι (ἀπόντι Canterus invenit) — σὺν προσπόλοισιν comp. Aesch. Pers. v. 609 παιδὸς πατρὶ πρευμενεῖς χοὰς φέρουσα. —

V. *275* pro ἀνομίᾳ conicio ἀμελίᾳ (cfr. Antig. frgm. 187, Iph. Aul. 850). Nam haec neglegentis, nil admirantis hominis notatio requiritur. —

V. *416* propter φέρονται βάθος in βάρος mutatum esse videtur cfr. Soph. Ai. 130 ἢ χειρὶ βρίθεις ἢ μακροῦ πλούτου βάθει et adiectivum βαθύπλουτος. —

V. *477* κακόν in clausula versus ex σαφῶς corruptum esse suspicor. —

V. *1031* ταῖς σαῖς ἀνίαις fuisse puto ταῖς σαῖς ἄλαισι. —

Ion.

V. *1* suspicor οὐρανόν vel ex glossemate vel cum ipsa sententia in depravationem valeret, ortum esse, ut poetae sit reddendum: νώτοισιν φέρων θ. π. οἶκον. Verba ἐκ τρίβων θεῶν Kirchhoffius egregie in ἐκ Πελειάδων emendavit. —

V. 5 maxime dubito an poeta non dixerit μέσον ὀμφαλόν omisso γῆς. Cfr. 223, 461, 910, Soph. O. R. 898; aliud est μεσόμφαλοι μυχοί Orest. 331 — γᾶς interpolatum — vel μεσομφάλους ἕδρας ib. 591. Quodsi corrigatur oportet γῆς ἵν' ὀμφαλόν, haec corruptela causa correctionis Δελφῶν τήνδε putanda est, ut scribi debeat: ἥκω δὲ Δελφοὺς τούσδε, γῆς ἵν' ὀμφαλόν κτέ. —

V. *147* γαίας παγάν corruptum puto; conicio παγὰν ὑγράν. Cfr. 105, 149. —

V. *178* ναοί θ' οἱ Φοίβου, nisi amplius latet vitium, mutandum videtur in ναοῖς τοῖς Φοίβου. —

V. 188 sq. προσώπων vel τε προσώπων existimo factum esse ex παραστάδων: τῷ Λατοῦς διδύμων παραστάδων. Unde καλλίφαρον depravatum sit incertum. Cogitavi de τηλεφανές. —

V. 221 post ποδὶ γ' propter literarum similitudinem interiisse videtur οὐδόν. Particula γέ hic vel maxime locum habet. —

V. 324 sq. conlocandi sunt post duos versus qui sequuntur 326 sq. —

V. 390 bene suspicatus est Nanckius ἄλλως ἔδη. Videtur ἐὰν correptum esse ex ἔδη γάρ: ἄλλως ἔδη γὰρ χρῆ τάδ'. —

V. 518 δῦ' ὄντε apto caret sensu, nisi scribitur ἕν pro εὖ: δῦ' ὄνθ' ἓν πράξομεν. Cfr. v. 539 δύο μίαν θαυμάζομεν. —

V. 588 conicio ὧν δὲ γιγνώσκω παρών (pro πέρι). Cfr. v. 586. —

V. 601 pro φόβου πλέᾳ contrarium exspectas verbi ἡσυχάζων i. e. πόνου πλέᾳ: οὐχ ἡσυχάζων ἐν πόλει πόνου πλέᾳ. Cfr. Soph. Ai. 1112 οἱ πόνου πολλοῦ πλέῳ. —

V. 602 pro τᾶν δ' αὖ λογίων τε, quod corruptum, sensu requiri videtur τῶν δ' ἐν τέλει τε aut τῶν δ' αὖ σθενόντων (non τῶν δ' ἐν λόγῳ τε vel τῶν δ' αὖ σοφῶν τε). —

V. 622 verba εἴη γ' ἐμοὶ μέτρια ex cantico aliquo hic in margine adscripta et verbis μὴ λυπουμένῳ aliquo modo completa esse videntur. Versus hic supervacaneus est; cfr. 646 sq. —

V. 677 ἄλλας ex ἄχχας factum puto, quum initio ι interiisset: ἰαχχὰς στεναγμάτων τ' εἰσβολάς. —

V. 692. Ut saepe permutantur λόγος et δόλος, ita hic δόλον non ex δόμον, quod Nauckius suspicatus est, sed ex λέχος corruptum puto; ἔχει autem fuisse videtur στέγει: στέγει λέχος τύχαν θ' (λέχους τύχαν) ὁ παῖς. Valuit autem in corrumpenda verba memoria v. 686. —

V. 755 ἀλλά τι facillime ex ἀλλ' ἄρα τι fieri potuit. —

V. 828 est in libris ἐλθὼν δὲ καὶ τὸν χρόνον ἀμύνεσθαι θέλων. Corruptum ἐλθών Musgravius emendavit certissime in λαθών (cfr. ἁλούς v. 827). Sensum divinantibus dubium non erit, quin καὶ τόν depravatum sit ex καιρόν. Habemus igitur idem, quod ib. v. 659 sq. his verbis enuntiatum est:

χρόνῳ δὲ καιρὸν λαμβάνων προσάξομαι
δάμαρτ' ἐᾶν σε σκῆπτρα τἄμ' ἔχειν χθονός,

unde reliqua verba corrigenda sunt. Ac primum quidem quaeritur, unde *ἀμύνεσθαι*, quod hoc loco prorsus est ineptum, ortum sit. Facile autem permutantur *τίνεσθαι* et *ἀμύνεσθαι*. Quodsi *τιν' εἰσιδών* corruptum erat in *τίνεσθαι δων*, cetera sponte consecuta sunt. Reddendus igitur poetae versus:

λαθὼν δὲ, καιρὸν τῷ χρόνῳ τιν' εἰσιδών. —

V. 898 non matrem, sed patrem tremuisse Creusam consentaneum est cfr. v. 14; *πατρός* et *ματρός* saepe permutantur cfr. supra p. 46. —

V. 917 *οἰκεῖα* qui delent, dicere nequeunt, unde id ortum sit aut quid velit. Nam de interpretatione non potest cogitari. Mihi *οἰκεῖα* corruptum videtur ex *οἴμοι*; cfr. v. 902. —

V. 932 pro *πόλεως* requiritur *χθονός* cfr. v. 12. Saepe in clausula versus *πόλεως* et *χθονός* permutantur. —

V. 1014 *ἀριθμός* procul dubio corruptum. Conicio *ὁ δεύτερος δὲ θρόμβος ὃν λέγεις τί δρᾷ*; cl. Aesch. Cho. 533, 546 *θρόμβος αἵματος*, Eum. 184 *θρόμβους φόνου*. —

V. 1064 in *ὣ νῦν* duplicandum est *ν*: *ὧν νῦν* (i. e. *τόλμας τούτων ὧν*). —

V. 1118 deus non *ἐξεῦρε*, sed *ἐξέφερεν*. —

V. 1211 *σὴ γὰρ ἡ προθυμία* mutandum arbitror in *σὴ γὰρ ἦν προθυμία*. —

V. 1214 Kirchhoffii coniecturae *ὡς ἁλόντ' ἔχοι* praeferendum duco *ὡς ἑλὼν ἔχοι* (libri habent *ὡς ἔχονθ' ἕλοι*). —

V. 1288 *οὐσίαν* corruptum puto ex *ὡς ἴδον*: *ἀλλ' ἐγενόμεσθα, πατέρ' ἕως εἶδον λέγω*. —

V. 1328 conicio *ἀλλ' ἦν λόγος μέν*. —

V. 1377 *μητρός* (*μρος*) ex *νέοις* vel *νέας* corruptum videtur. Cfr. Soph. Ai. 510 *νέας τροφῆς στερηθείς*. —

V. 1406 pro *λόγῳ* Badhamus coniecit *δόλῳ*. Cuivis hoc in mentem venerit, sed sensui accommodatum non est. Aut scribendum *ῥυσιάζομαι βίᾳ*, aut quod probabilius est, *ῥυσιαζόμεσθα* (*δή*). Ceterum hoc versu et eo qui subsequitur, versus 523 a Kirchhoffii tentamine defenditur. —

V. 1424 ὕφασμα θέσφαθ' ὡς ortum puto ex ὕφασμα θαῦμα δ' ὡς: τόδ' ἔσθ' ὕφασμα· θαῦμα δ' ὡς εὑρίσκομεν. —

V. 1427 ex Bacch. 698 ὄφεσι — λιχμῶσιν γένυν librorum scripturam δράκοντες ἀρχαῖόν τι παγχρύσῳ γένυι mutandam duco in δράκοντε λιχμαίνοντε πάγχρυσον γένυν (nimirum ars imitabatur veritatem). —

V. 1538 pro ἐμοῦ ταράσσει scribendum ἐμοῦ δὲ θράσσει. —

V. 1610 non ἠμέλησε, sed ἀμελεῖν ἐδόκει. Quare corrigendum videtur ἠμέλει μοι (i. e. ut mihi videbatur). —

Cyclops.

V. 84 σπουδὴν mutaverim in σκοπήν. —

V. 288 pro σοὺς scribendum duco σοῦ γ' cl. v. 252. —

V. 307 πολιοὺς τε πατέρας corruptum mihi videtur et mutandum in παῖδάς τ' ἀπάτορας. —

V. 515 χρόα χιὼς depravatum puto ex χρό' ὅπως. —

V. 594 Kirchhoffius παρευτρέπισται δ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν πυροῦν emendavit in πάντ' εὐτρέπισται κοὐδὲν ἄλλο πλὴν πυροῦν. Praeterea mihi ἄλλο aut quum ἐνδεῖ post similes literas intercidisset aut consuetudine dicendi insertum esse: πάντ' εὐτρέπισται κοὐδὲν ἐνδεῖ πλὴν πυροῦν. —

V. 667 οὐδὲν ὄντες nescio an corruptum sit ex οὐ στένοντες: χαίροντες, οὐ στένοντες (cfr. Orest. 1166). —

Medea.

V. 151 pro ἀπλήστου nescio an non ἀπλάτου de Elmsleii coniectura, sed ἀλέκτρου scribendum sit. Cfr. supra p. 34 ad El. 1336. —

V. 259 δὲ σοῦ mutari debet in δ' ἐκ σοῦ; τοσοῦτον in τοσόνδε emendavit Kirchhoffius: τοσόνδε δ' ἐκ σοῦ τυγχάνειν βουλήσομαι. —

V. 234 κακοῦ hoc loco absurdum est, factum procul dubio ex ἐκείνου (scil. τοῦ χρημάτων ὑπερβολῇ πόσιν πρίασθαι ἄλγιον κακὸν τὸ δεσπότην σώματος λαβεῖν); ex hac corruptela fluctuatio librorum ante ἄλγιον (cfr. Kirchh. not.) repetenda: λαβεῖν· ἐκείνου γὰρ τόδ' ἄλγιον κακόν. Cfr. Aristoph. Eccl. 1053 τοῦτο γὰρ ἐκείνου τὸ κακὸν ἐξωλέστερον. —

Digitized by Google

V. 279 pro εὐπρόσοιστος coicio εὐπόριστος. —

V. 331 παρασιῶσιν nescio au fuerit παρασπῶσιν. —

V. 635 pro στέργοι scripserim στέγοι. —

V. 703 in συγγνωστὰ γὰρ ἦν syllabae αγαρ sedem permutavisse videutur (αραγ), uam uec γὰρ requiritur et ἦν parum est aptum huic loco: συγγνωσταραγην legendum συγγνωστὸν ἆρ' ἄγαν σε λυπεῖσθαι, γύναι. —

V. 717 pro δέ scripserim γέ, quod hic habet aptissimum locum. —

V. 741 scripturam ἐν λόγοις recte veram iudicat Nauckius; pro ἔλεξας enim scribeudum est ἔδειξας: πολλὴν ἔδειξας ἐν λόγοις προμηθίαν. —

V. 913 cod. Vat. habet εὖ γὰρ τῶνδ' ἐγὼ θήσω (corr. iu θήσομαι superscripto γρ. θήσω) πέρι, uude quum θήσομαι ex correctioue, πέρι ex v. superiore ortum se exhibeat, corrigeudum: θάρσει νυν· εὖ γὰρ τῶνδ' ἐγὼ θήσω βίον. Cfr. Hippol. 521 ἔασον, ὦ παῖ· ταῦτ' ἐγὼ θήσω καλῶς. —

V. 1256 scholiasta legisse videtur οὖν (αἷμ' οὖν πίτνειν; τι post αἷμα [αἵματι] uihil uisi duplicatum πι). Cetera uou liquent. —

V. 1333 τὸν σὸν ἀλάστορ' fuit τότε σὸν ἀλάστορ'. —

Orestes.

V. 1 sq. et ex libris (συμφορὰν θεήλατον corr. in — ὰ — ος *A*, συμφορὰν θεήλατον superscr. α — ος *B*) et ex aduotatione scholiastae γράφουσί τινες· οὐδὲ συμφορὰ θεήλατος, ἀ γ ν ο ο ῦ ν τ ε ς δὲ· ἀπὸ κοινοῦ γὰρ ληπτέον τὸ· ο ὐ κ ἔ σ τ' ἰ δ ε ῖ ο ν) scriptura συμφορὰν θεήλατον maiore fide comprobatur. Scholiasta autem uon potest οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινόν legisse, nam qua tandem ratioue haec lectio in seutentiam eius quadrat? Itaque iu οὐκ ἔστ' ἰδεῖον mauus poetae quaeri debet, quae fuit: οὐκ ἔστ' ἰδεῖν οὐ δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος οὐδὲ πάθος οὐδὲ συμφορὰν θεήλατον. —

V. 33 verba συγκατείργασται τάδε post μετέσχον φόνου alieni supplemeuti speciem prae se ferunt. —

V. 38 pro Εὐμενίδας legeudum σεμναὶ γάρ scil. εἰσίν, quod est euuntiato ὀνομάζειν — φόβῳ interpositum. Cfr. 409 sq. —

Google

V. 70 pro σωθῶμεν conicio σωκῶμεν (oppositum est ἐπ' ἀσθενοῦς ῥώμης, quod perperam Nauckius mutat in ῥοπῆς. Cfr. Soph. Ai. 159). Cfr. Suid. s. v. σωκῶ· ἀντὶ τοῦ ἰσχύω· οἱ δὲ νεώτεροι ἀντὶ τοῦ σώζω. —

V. 87 ἥκετον mutaverim in ἥκετε δ'. —

V. 337 δόμους non in δόμον vel δώματ' corrigendum, sed in ὄμματ'. Cfr. Iphig. Taur. 289 sq. et h. f. v. 408. —

V. 367 coniecturam ἀρκυστάτοις iam ab Nauckio, v. 383 coniecturam ἀφύλλους ab Reiskio occupatam esse video.

V. 386 κακοῖς corruptum. Conicio οὐ γὰρ ζῶ, νεκρὸς δ' ὢν φῶς ὁρῶ. —

V. 429 graviter corruptus. Cfr. Nauck. Cur. Eur. I 40. Pro σὸν αἷμα requiritur σῆς αἷμα μητρός cfr. v. 338, 423. Itaque cum μρος post αἷμα intercidisset, versus correctus est, qui hic fuisse videtur: οὐδ' ἥγνισαι σῆς αἷμα μητρὸς, ὡς νόμος; —

V. 547 corrigatur oportet ὅσιος δ' ἐς ἕτερον ὄνομα. —

V. 636 post συννοούμενος (634) pro τὴν δόκησιν requiritur τὴν νόησιν. —

V. 714 ex adnotatione scholiastae ut Kirchhoffius εἰ γάρ (712), τρόπαι' ἦν (713), οὐκ ἂν (714) restituit, ita ex verbis διὰ τοῦ Ἄργους τὴν γῆν ἤγουν διὰ τὸ Ἄργος suspicari licet poetam scripsisse: οὐκ ἂν ἕνεκ' Ἄργους γαίας. —

V. 719 ex lectione trium librorum in quibus Marcianus est, τἄλλα δ' οὐδέν elici debet quae una videtur vera scriptura: τἄλλ' ἀδύνατ'. Nunc habet infinitivus στρατηλατεῖν unde pendeat. —

V. 776 pro μὴ λάβωσι sensus desiderat μὴ οὐ λάβωσι. —

V. 921 conicio ξυνετὸς δέ, χωρεῖν ὁμόσε δ' οὐ λόγοις σθένων. —

V. 1106 ante ἕτοιμον intercidit ἐμόν γ': πῶς; τὸ γὰρ ἐμόν γ' ἕτοιμον, εἴ γ' ἔσται καλῶς. —

V. 1135 ὧν mutandum in χὤν, ut habeatur constructio verborum καὶ ὧν πατέρας ἔκτεινε κτἑ, τούτων ὀλολυγμὸς ἔσται. —

V. 1145 iniuria submovetur a Nauckio. Pro μητέρα τ', ἐῶ τοῦτ' scribendum μητέρα δ' —, ἐῶ τοῦτ'. De matre enim aliud dicere vult Pylades, quod cum non sit εὐπρεπὲς λέγειν, comprimit (ἐῶ τοῦτ'). Cfr. similem reticentiam apud Soph. O. R. 1289. —

V. 1157 mirum in modum infertur τὸ πλῆθος. Requiritur τὸ κῆδος (postponit amicitiae adfinitatem). —

V. 1196 aptius duco ἐν ὄμματι vel ὄμμασι quam ἐν αἵματι conl. Il. 13, 99, Soph. Ai. 84, Eur. Hel. 118; Od. 8, 459, Soph. Ant. 764 ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶν. —

V. 1210 ὑμεναίοισιν ἀξιουμένη mutaverim in ὑμεναίοισι δεξιουμένην (πόλιν) cfr. Soph. El. 976 ἐπαίνοις δεξιώσεται et Arist. Av. 1728 ὑμεναίοις καὶ νυμφιδίοισι δέχεσθ' ᾠδαῖς. —

V. 1256 pro σταθεὶς conicio πλαθείς. Cfr. 1279. —

V. 1309 correctio συνέπεσε parum probabilis. Literae ἔπ(εσε) duplicandae videntur: δάκρυα δάκρυσιν ἔπ' ἔπεσε; nam praepositio ἐπί requiritur (cfr. locutiones Euripidis ἐπ' ἄλγεσιν ἄλγεα κεῖται, πήματα ἐπὶ πήμασιν πίπτοντα). Si malis δάκρυ' ἐπὶ δάκρυσιν ἔπεσε, concedo, nisi consulto poeta illam conlocationem praetulisse putandus est. —

V. 1647 pro καλεῖν, quod est ineptum supplementum, Hermannus ποτε scripsit. Ex Androm. v. 20 (Θετίδειον) comparato cum v. 117 (Θέτιδος δάπεδον) et El. v. 1273, 1275 efficere mihi videor poetam scripsisse Ὀρέστειον πέδον. —

Rhesus.

V. 83 σὺ ταῦτ' ἔπραξας· καὶ τὰ λοιπὰ νῦν σκόπει mutandum suspicor in σὺ ταῦτα πράξας καὶ τὰ λοιπὰ νῦν σκόπει. —

V. 118 cfr. Nauck. Cur. Eur. II 169, qui scribit ἐν νυκτί. Mihi *ΗΝΑΡΑΜΗ* factum esse ex *ΜΗΝΥΚΤΕΡΟΙ*: μὴ νύκτεροι θραύσαντες κτέ. —

V. 340 οὕνεκ' (οὖν ἐκ) ἀγγέλου λόγων depravatum procul dubio ex οὖν κατ' ἀγγέλου λόγον. Quum ατ in κατ' ante αγ intercidisset, οὖν κ in οὕνεκ' correctum est. Cfr. Nauck. l. l. p. 173. —

V. 391 ἐχθρῶν sententiae gratia ex ἀθρῶν abiisse puto. Non necessarium esse ἐχθρῶν cognoscitur ex v. 448. —

V. 452 varia tentamina vides apud Nauckium Cur. Eurip. II 174 sq., cuius ipsius coniectura ἐγὼ γὰρ αὐχῶ — ἀνθοῦντας — πέρσειν nullo modo probari potest. Sensus docet ex *ΕΤΑΡ* factum

ΕΓωΓΑΡ, ex reliquo *ΚΕCΩ* autem ἔξω correctum, duorum γὰρ alterum omissum esse: ἔτ' ἀρκέσω γὰρ — καίπερ ὕστερος μολών. —

V. 595 ποῖ δὴ λιπόντες fuit ποῖ δὴ βλέποντες. —

V. 705 Nauckius pro τί μήν recte supplevit δοκεῖ, nisi quod δοκῶ scribendum et in v. sq. δοκεῖς relinquendum est. —

V. 889 πῆμα, pro quo coniecerunt δεῖμα, σῆμα, φάσμα (cfr. Nauck. Cur. Eur. II 184), mihi aptius in θαῦμα mutari videtur. —

Troades.

V. 194 παρά τε προθύροις fuisse puto παρά του προθύροις. —

V. 382 αἷμα corruptum ex χεῦμα (i. e. χοάς cfr. Soph. O. C. 469, 472). — Post hunc versum aliquid deesse videtur. —

V. 509 licet πέτροις (Soph. Ai. 728), πόνοις (v. 760) τινὰ καταξαίνεσθαι, δακρύοις non licet. Scribendum δακρύοις καταυανθεῖσα vel δακρύοισιν αὐανθεῖσα (cfr. Soph. El. 819, Phil. 954 γρ. αὐανοῦμαι ἀντὶ τοῦ ξηρανθήσομαι). —

V. 638 hoc loco incommodum duco. —

V. 679 non de Fixii coniectura ἔχειν in ἡγεῖ mutaverim, sed ἐλάσσων — ὄλεθρος pro ἐλάσσω — ὄλεθρον scripserim. —

V. 758 quid est χρωτὸς πνεῦμα? Conicio ὦ στόματος ἡδὺ πνεῦμα. —

V. 991 ὃν ἰδοῦσα fuisse videtur σύ νιν δ' ἰδοῦσα, ut inter literas νιδ interciderint literae ιν δ. —

V. 1021 cfr. Lehrsii commentationem in Iahn. ann. 85 p. 314, Nauck. Cur. Eurip. II 160, supra p. 20 ad O. C. 278. Quum pro ἤθελες substantivum requiratur, suspicor poetam scripsisse βαρβάρων ὑπ' ἠθέων. In v. 1020 ὕβριζες conservaverim, in v. 1022 de Nauckii coniectura scribendum videtur μέγ' ἀγαθὸν ἦν σοι. —

V. 1245 ἀοιδοῖς βροτῶν factum puto, quum prius ἀοιδοῖς in memoria haereret, ex ἂν τοῖς ὕστερον, propter hoc alterum ἀοιδοῖς autem illud prius in ἀοιδάς mutatum, ut lectioni ὑστέραν aliquid veri subsit et in terminatione vocis ἀοιδάς vestigium lectionis μούσας deprehendatur: μούσας ἀοιδοῖς δόντες ἂν τοῖς ὕστερον. —

V. 1273 ἤδη ex εἶδον factum causa fuisse videretur, ut hiatus vitandi causa ὧν ἔχω corrigeretur in τῶν ἐμῶν: καὶ τέρμα πάντων εἶδον ὧν ἔχω κακῶν. —

Phoenissae.

V. 129 ἀστερωπός corruptum esse docet Nauckius Cur. Eurip. I p. 68 sq. Latere mihi videtur nomen γηγενέτου, filii Telluris i. e. Στερόπης (οἷος Στερόπης ἐν γραφαῖσιν?). In v. superiore recte delevit Nauckius γίγαντι. —

V. 404 μέγα mutandum in μέγαν. —

V. 448 καὶ molestum est. Suspicor poetam dedisse τὰς ξυνωρίδας — ἐπίσχον μόλις (quod ex πόλιν correxit Badhamus). —

V. 504 pro ἄστρων varia suspicati sunt. Accommodatissimum mihi videtur μαστὴρ (fortasse μάστωρ scriptum) i. e. μαστεύων. —

V. 608 librariorum usus docet non σῇ interpolatum esse, sed γὲ et ὦ: ἀδικίᾳ σῇ θεοί. —

V. 703 non intellego quid sit ἢ Θήβας. Quantum equidem cognoscam, scribendum est εἰς Θήβας. —

V. 748 cfr. Kirchhoffii adnot. criticam; quia ἐς locum praepositionis ἀνά post ἑπτάπυργον omissae obtinuisse videtur, in clausula versus post πόλιν intercidisse puto μολών: ἔσται τάδ᾽· ἑπτάπυργον ἀνὰ πόλιν μολών. —

V. 789 quum σὺν ex τὸν depravatum esset, ὁπλοφόροι in ὁπλοφόροις abiisse puto: ἀλλὰ τὸν ὁπλοφόρον κτέ. —

V. 868 propter βίᾳ θεῶν pro ᾽τεκνώθη malim ᾽τέκνωσε. —

V. 1116 ἐπιτολαῖσιν ὄμματα, cum ipsa sententia in corruptelam valeret, depravatum puto ex ἐπιτολαῖς ἔχονθ᾽ ἅμα. —

V. 1232 non puto poetam scripsisse vel πόλιν vel θρόνους vel δόμον, sed rem universe significasse: παραδώσω τάδ᾽ αὖ. —

Digitized by Google

9.4





